d3 suppleri p alias formas iuramētoz qd scribunt̄ i dictis
duob⁹ titulis se. fm̄ an. de iser. 7 bal. q̄nimo vltra oīa
ea capitula qd sunt descripta in dictis formis iuramētoz
fm̄ que tenet iurare vasallus tenebit̄ et adijcere in suo p̄
dicto iuramēto fidelitatis oīa ea que ponunt̄ i iuramēto
qd fecit rex otto Joāni pape que numerant̄ hic in gl. i. in
fi. 7 p̄tex. lxxij. d. c. tibi dño. v3 qd exaltabit dñm quātū po
terit 7 qd nunquā vitā aut mēbra neq3 honozē que h3 sua
volūtate p̄silio vel exhortatiōe p̄det. Sed in hīs oib⁹ erit
ei⁹ adiutor iur̄ posse suū ex q̄b⁹ oib⁹ p3 que cōprehendi
debeat̄ in iuramēto fidelitatis vasalloz v3 ea que colligun
tur ex isto tex. in prin. 7 ex duob⁹ titulis seq. 7 ex. d. c. ti
bi dño 7 ita t3. d. de. i. hic posita 7 an. de iser. 7 bal. Si enī
impator iurat pape illa que p̄tinent̄ i. d. c. tibi dño 7 tñ nō
t3 a papa feudū multo fortius d3 vasallus ea iurare dño
suo fm̄ p̄statū. d. an. Scda spēs iuramēti fidelitatis ē illa
quā p̄stare d3 domestic⁹ seu familiaris 7 istd iuramētum
nō p̄stat rōne aliquoz bonoz cū p̄stet ab eo qd nihil t3 vel
nihil recognoscit a dño qd qm̄ sit declarauit p̄ exēpla. §. Est
quoq3 7 tertia spēs iuramēti fidelitatis quā qd d3 p̄sta
re dño vel rōne bonoz nō feudaliū qd ipse t3 in loco subie
cto iurisdictioni dñi vñ rōe iurisdictionis tenet̄ iste talis iuraf
domino fidelitatē 7 ista duo vltima genera iuramētoz p̄
prie sunt iuramēta assecuratiōis 7 ē rō qd domin⁹ terre h3
iurisd. in suo territorio. l. si pupillus. §. territorij. ff. d. v.
fig. l. nulli. §. si innito. C. de epi. 7 de. in suos ibid⁹ hitates
rō arōnis fuit qd p̄ tale iuramētū purgat̄ suspicio 7 asse
curat̄ dñs vt h3 in. l. p̄nti circa mediū cū ibi no. C. de his
qd ad ecclē. cōfugi. 7 in. c. peti. ex de iureiur. forma at̄ isti
talīs iuramenti assecurationis tradit̄ h3 in isto tex. in fi. fa
ci. no. p̄ cano. i. c. nimis de iureiur. C. S3 v3 tale iuramē
tūz debeat̄ similiter suppleri p. d. c. tibi dño 7 dicit Andr.
q̄ sic. qd si Impator qd nihil t3 a papa nec est sub iurisdictione
ip̄s p̄stat sibi illud iuramētū multo magis burgen
ses dñt prestare domino suo qd dato qd nihil recognoscat a
domino nihilomin⁹ reputat̄ vasalli rōe subiectiōis. Quī
imo dicit ipse fort⁹ qd tale iuramētū supplebit̄ et p̄ titulū
j. d. noua. fidei. for. cū ibi nulla fiat mētio d̄ feudo seu bñ
ficio qd feudū vocat̄. h3 in hoc stare cōsuetudini vt sta
ti dicā. alias at̄ nō existente cōsuetudine nō recederem a
forma hic tradita cū iste tex. voluit facere dñas inter ista
iuramenta 7 iuramētū vasalloz 7 hoc sensit gl. in fi. sui
prin. hic posita. C. No. ex isto tex. in prin. dñ dixit sicut
d3 esse vasallus dño 7 c. cōsuetudines solitā in iuramento
fidelitatis esse seruādā adeo nō d3 induci nouitas in exa
ctiōe homagij 7 fidelitatis vt in. c. dilecti extra de maio. 7
obe. 7 in. c. cū cōsuetudinis ex de cōsue. 7 t3 specn. in ti. d̄
feudis. §. qm̄ ver. 7 no. qd nō d3 7c. bal. in pace cōstante in
vbo pactiōes. Et iō dixit bal. hic 7 in. d. vbo pactiōes qd
noua iuramenta extorta p̄ antiquā cōsuetudinem intelli

gunf p̄ imp̄ssiones prestita ad qd facit. c. sane ex de excels.
dzela. 7 in. l. si p̄ imp̄ssiones. C. qd met⁹ cā. 7 qd h̄ in. c.
ad aures de his que vi metulne cā fiunt. 7 p̄ Anno. in. c.
petitio de iureiur. 7 qd no. in. l. si qua loca. C. de fun. 7 sal
ti. rei demō. li. xi. Dicit tñ idē bal. qd si vasall⁹ iurat iura
mēta insolita v3 illa obseruare p no. in. d. c. nimis 7 in. c.
cū cōtingat de iureiur. qd intelligerem nisi ex mō iurādi
esset illicitū iuramētū puta p̄ imp̄ssionem quod in du
bio nō p̄sumerē p. l. si. in prin. ff. qd met⁹ cā cū ibi no. i. l. iter
positas. C. de trasac. in. l. i. p̄ bar. C. de his qd p̄ metū iu. n̄
appe. In quo multū attēderē qualitātē principis exigen
tis iuramētū p no. in. l. i. C. si qd impa. maledixerit p cy. 7
bar. in. l. de pupillo. §. si qd ipsi. ff. de opis no. nū. Inm. in
c. matrimonij de offi. dele. facit. c. si vō. 7. c. vey d̄ iureiur.
vel alias eēt iuramētū illicitū qd alligaret ad illicita: nā
tūc nō ligaret iuramētū p ea que habuim⁹ in. c. i. §. p̄ter
ea. qd sit iuesti. vel saltē vtroq3 casu poss3 petere absolui p
no. in. d. c. cū p̄tingat. 7. c. vey 7. c. si vero de iureiur. 7 in
c. quāuis de pac. li. vi. C. pp. cū gl. si. in ver. sed cui noīa
tī 7c. que fuit rō dñe iter ista iuramēta v3 qre in iuramēto
vasalli sufficit qd iuret in genere v3 dicēdo iuro qd ero fide
lis sicut d3 eē vasallus dño 7c. S3 i iuramento. p̄sone do
mestice seu familiaris exigūt sp̄alis exp̄ssio capituloz p
ut p3 hic i. fi. l. e. So. dicit gl. qd p̄sone dōestica 7 familia
ri magis p̄sumit̄ fraus 7 machinatio d̄ dñm vt qd forte
spat̄ successiōe ip̄s dñi. qua i vasallo qd ē quodamō exp̄
trane⁹ 7 nō familiaris ip̄i dño i quo nō cadit tāta suspicio
Itē qd magis timeri cōsiderat̄ id qd sp̄aliter 7 exp̄sse p
mittit̄. quā id qd tacite icludit̄ sub generali p̄missione vt
xxij. di. in. §. quāquā. Et hoc voluit ista gl. vsq3 ad v. h3 q̄
rit̄ 7c. S3 aduerie qm̄ iste rōes hui⁹ gl. nō vident̄ mihi cō
eludere cū istud. c. in scda p̄ loq̄tur et p̄sone nō domesti
cis sicut sunt habitates i territorio domini 7 alij subiecti
sue iurisdictioni qd eodē mō sp̄aliter iurare debent sicut p̄sone
domestice. Et p̄ tāto illa prima rō istius gl. nō videtur
eē bona. Similiter nec scda v3 qd p̄cedat qd eodē mō esset
dōm in p̄sonis vasalloz vt deberent noīatim 7 sp̄aliter iu
rare. Quare cōsiderabā qd rō potuit esse ista v3 qd p̄sonis
vasalloz habentiū feuda satis exp̄licat̄ tota virtus iura
menti etiaz sub istis verbis generalibus. Et est rō qd sub
isto iuramento generali intelligūt̄ a iure oīa capitula sp̄a
lia qd iā erāt declarata ac decisa 7 specificata p̄ alia iura vt i
duob⁹ tit. seq. 7. xxij. q. v. de forma. Et iō no. dixit iste tex.
si d3 esse vasallus dño 7c. Sed in iuramēto supradictoz
p̄sonaz nō habentiū feuda no erat declaratiū neq3 decisiū
qd capitula intelligerentur in iuramēto ip̄soz. Et iō fuit ne
cesse qd de ip̄s sp̄alis mētio fieret ad hoc vt daretur cer
ta forma de nouo de qd in isto tex. C. Quero subsequēter
cū. d. gl. i. v. Sed quare 7c. qd sūt 7 intelligant̄ iste p̄sone do
mestice qd iurare debēt fm̄ formā h3 traditā. Et r̄ndet gl. qd
oēs ille p̄sone que vbique in aliqua lege appellant̄ dome
stice possunt icludi sub decisiōe presenti. Et ad hoc allega
uit plures leges i q̄b⁹ sit mētio de p̄sonis domesticis.
Item 7 oīs p̄sone que possent sp̄are domini successiōem.
vt. §. dicit̄ est. Et hoc voluit tota ista gl. vsque ad fi. quā se
q̄tur iac. de bel. 7 pe. de Lero 7 bal. ar. in. l. qd iurisdictioni
ff. de iurisd. oim̄ in d. 7. C. de lati. lib. tol. §. illud. Tu vō
colligas ex his duob⁹ verbis regulā que intelligant̄ p̄sone
domestice v3 d̄ ascript⁹ p̄sone dōestica suus Arōz li
bertus natus famulusq3 colonus. Sed tñ aduerie qd nō
oīs p̄sone domestice d3 p̄stare h̄mōi iuramētū illi eiz in
q̄bus nulla cadit suspitio nō tenentur iurare sicut est fili
us qd nō iurat patri. qd reputatur eadē p̄sone cū patre nec
cadit suspitio. l. si. C. de impub. 7 alijs substi. nec e3 pater
filio cū magis diligit ipm̄ quaz semetip̄suz. l. isti quidem
ff. qd metus causa. idēz dicendum de vxore 7 marito vt
vicissim nō iurent. l. aduersus. C. de crimine expila. bere
di. 7. l. cū tale in prin. ff. de cōdi. 7 demō. h3 q̄sq3 repiant̄
vxores meretrices que optent mortem maritoz vt no. i. l.

pater seu et in .s. socius. ff. de cōdi. et demon. et idē intelli-
gas de oibus alijs qui carent suspitione ar. in .l. iij. in .s.
pretor. ff. qui satis da. cogā. alij aut oēs familiares iurare
debent si petatur qz nulla efficacior pestis ad nocendum
qz familiaris inimicus vt no. in .l. data. C. de dona. et ff.
ad sillania. in .l. i. qd dicit bal. pculdubio esse verū in his
qui sunt de familia ppetua ar. i. l. i. C. de epi. et de. **Quero**
post an. de iser. pone i castro ticij barōis ali? baro. i ca-
pice alteri? castri hz bōa feudalia et vasallos: querit an di-
ctio ticio baroni teneat p̄stare fidelitatē dictus ali? baro.
rūdet an. qz nō et ita dicit se legisse in registris iperatozis
federici et est rō qm̄ alijs baro n̄ recognoscit bona feuda-
lia a ticio barone. hz ab alio puta a rege: et par in parē non
hz imperiū. l. nā et magistratus. ff. de arbitris. S; si alius
baro haberet alia bona nō feudalia in castro dicti Ticij
baronis nā tunc rōe dictoz bonoz tenet p̄stare iura. vt vi-
distis in tex. ibi hz qz de iurisdictione vt dixi. s. nā iste ali-
us baro qui hz bona feudalia vt. s. Itē bona ppria vt. s.
tenet p̄stare duplex iuramentū vnū regi rōe feudi vt hic
in tex. nostro: aliud iuramentū ticio baroni pp̄ alia bona
nō feudalia que hz in castro dicti ticij baronis vt hic in
tex. nostro ibi de iurisdictione. Secus si nulla bona habe-
ret qz tunc soli regi p̄stabit iuramentum fm̄ And. de iser.
Quero ab extra si sunt duo fratres dñi eiusdēz ciuita-
tis vel castri an vicissim iurare debeant et dicit bal. qz sic
an. i. l. sed si hac. s. libertas. ff. de i ius vocā. nec ob. qz vn?
nō sit de iurisdictione alteri? qz quo ad fidelitatē habēdas
et suspitionē tollendā vnus fingit esse sub alio et alter sub
altero p̄sumptōe iuris. ar. l. eius qz in puincia in fi. cū ibi
no. ff. si cer. pe. ad de qz et ipsa familiaritas et suspicio suc-
cedendi hoc operat p ea que. s. dicta sunt. **Quid** autē si
essent duo dñi eiusdē ciuitatis puta fratres duo et inuicēz
fecissent offensas et vnus cognosceret feudū ab alio et ali?
ab alio ita qz essent vasalli et dñi quilibet eoz respectu di-
uersoz an fiat cōpensatio felloniarū an vero vtriqz cadat
a feudo. Quil. de cuneo in .l. hz sub hac. s. libertas ali-
as. s. liberos. ff. de i ius vocādo decidit qz vterqz cadat a
feudo pp̄ felloniā inuicēz cōmissas et ita sensu glōf. facit. l.
dam. s. si vicinos. ff. de dam. infecto. l. eius qz in puincia
ff. si certū petā. nō obstat qz doli ad doli hz fieri cōpensatio
l. si ambo. ff. de cōpensā. qz rūdet illd̄ vepz qm̄ est circa illd̄
idē. facit qd no. bal. in .l. cū mulier in repet. ff. soluto. ma.
no. in .c. intelleximus de adulterijs. Jo. an. in .c. si. de cō-
uersi. cōinga. idē et dicimus qd speciei ad spēm nō est sic
da cōpensatio. l. si cōuenerit. la. ij. ff. de pigno. et facit no.
in .c. si. de cōuersio. cōinga. in notella hz bal. hic. **Quero**
an clerici habitātes in terris ciuitatibus dñoz laicoz
vel habentes et possidentes ibi bona ppria et nō feudalia
vel qz forte sunt domestici et familiares ipsi? dñi vt qz for-
te cōsiliarij ipsius dñi an teneat inuicē p̄stare ipsi dño lai-
co tale iuramentū assicura. de quo in secunda parte hui?
c. et dicit an. de iser. qz nō p. d. c. petitio extra de iureiurā.
qz qz de honestate etiā sine iuramento teneant ad obser-
uantia eoz que in ipso iuramento cōtinent p̄dictū. c. pe-
ti. Si vero clerici tenerent feudū a dño tunc rōe dicti feu-
di bene tenent iurare ipsi dño et p̄stare sacramentū fide-
litis tāqz vasallus vt in .c. nimis extra de iureiur. et ibi p
doc. facit ad p̄dicta. c. pe. cū ibi no. xxij. q. si. Spe. in ti. de
feudis i. s. qm̄. ver. hodie plati et p̄roff. i libel. parte octa-
ua in ti. de offi. in. quo subuenit cel. sub rubricella eius li-
cet vasalli. **S; qualiter** puidere sibi pōt dñs si hz su-
spectos clericos in terra sua habitantes: dicit idē and. d̄
iser. qz clericus iste nullo mō sit sub iurisdictione dñi tē-
poralis: tamē spōte et voluntarie poterit tale iuramentūz
asscuratiōis facere p̄dictū. c. petitio. et hoc t̄z glo. exp̄sse
in ver. vasalli n̄i de pace cōstantie et spec. in suo reprotio
de iureiurā. ver. in qbus casibus dñi allegat. c. nullus ex-
tra de iureiur. idē t̄z Ja. ardiso in sūma sua in ti. qualiter
iurare d̄ vasallus sub rubricella d̄ his qz nō debet iurare

fidelitatē in fi. et hoc p. d. c. petitio. **Quero** qd e? laici
habitantes in terris subiectis ecclesie vel tenētes ibi bo-
na nō feudalia an teneant p̄stare illud iuramentū asscura-
ra. de quo in hac secunda parte: dicit qz sic. Et prestabunt
ipsis p̄sidentibus et recipientibus noie ecclesie. Et ita t̄z
spe. i. ti. d. fe. in .s. qm̄ ver. nos vero et p̄bat in isto tex. post
qz nō reperit esse statutū p̄riū. l. lancim. C. de testa. facit
lxiii. di. ego Ludol. et. Et qd. s. dictū est p̄ dictum. c. tibi
dño. **Quero** an dñi terraz possint sine cā expelle? mer-
catores et alios forenses de ciuitatibz. Et dicit bal. i. i. ti.
se. vbi format questionem qz nō. qz mūdus est oibus cōis
p̄ta vt ait Seneca. Itē ista expulsiō ē quodāmodo inter-
dictio qz nō p̄t fieri sine cā. l. relegatoz. ff. de interd. et re-
lega. Et iō sine cā hoc nō p̄t fieri postqz ibi venerūt. anqz
veniat bñ possit interdici igressus ar. ff. de serui. vr. p̄dio.
l. diuus et de vsufu. lega. l. beres ē. n. naturalē eq̄tatez
et p̄ bonū publicū postqz ibi venerūt expellere eos. et alle-
tex. que dicit esse singularem ad h̄ vt in autē. de q̄sto. post
prin. col. vi. **Quero** an is qz iurauit tāqz va. vt b̄ in pria
parte teneat etiā iurare tāqz familiaris et habitās i loco
si est domesticus dñi vel alias sit sub iurisdictione dñi rōne
habitatiōis vt hic in scda pre. et dicit d̄ do. qz sic qz sepa-
ta sūt scā. ff. d̄ ar. ca. l. fi. et. C. d̄ dona. iter vi. et vro. l. si mā-
riē. S; tñ dicit ipse qz vno iuramento poterit vtrūqz ex-
plicari ar. ff. de an. tu. l. accipientis. Itā determinat ipse
in suo apparatu. bal. de pace cōstantie i. s. val. n̄i. **Quero**
ro h̄zēdes. d. and. pone in castro Ticij baronis qdā hz
bōa burgēsiatica. i. allodiata qz bōa sūt publicata fisco re-
gio vel ducali pp̄ clausulā solitā apponi in infeudatōibz
et p̄uilegijs reseruatūa iuris p̄ncipis rōe maioris dñi vt
no. et videbitis in ti. d̄ pace te. qrit an rex teneat p̄stare
iuramentū ticio barōi pp̄ dca bona sita in iurisdictione ba-
ronis. Rūdet qz nō. pp̄ maioritate dignitatis p̄ncipat?
ar. l. inter dñi in fi. d̄ opis liberi. p. et p̄ faciūt que no. spec.
in ti. de feudis. s. qm̄. v. xxij. et qd no. spec. in ti. de loca-
to. s. nūc aliq. v. xxvij. Et qz doctrina And. signabit qz
si in castro vel in iurisdictione alicui? vasalli cōmittat cri-
mē lese maiestāt nō dño subalterno s; dño maiori. s. duci
vel regi bona cōfiscat. qm̄ est clausula d̄ q. s. in infeudatōe
facta a rege vel duce de dco castro. **S; retēto** eodē the-
mate pone qz rex vel dux ad que puenērūt dicta bona cōfi-
scata donauit vel alienauit libē dca bōa Baio. querit an
gains teneat p̄stare iuramentū dño castri rōne dictoz bo-
noz s̄toz in. d. castro. Rūdet And. qz non pp̄ munificētiā
p̄ncipis. et qz eodē iure sūt penes accipiētes ar. l. si d̄s. ff.
d̄ sui. vr. p̄dio. Ego putarē qz qz imo teneat iurare dño di-
cti castri rōne dictoz bonoz p̄ tex. nostrū h̄. Secdo nazrō
qz erat in p̄ncipe pp̄ dignitatē excellētā. d. l. interdū. cessat
in p̄sona p̄uati ad que p̄nceps trāstulit dca bona s; cessat
dispō iuris qz erat in p̄ncipe in p̄sona hui? p̄uati. l. adigē
s. quis de iure pa. c. cū cessate de ap. Tertio nā mutatiōe
p̄sone mutat dispō. l. ticta. s. vsuras. ff. de le. ij. l. paul. s.
pe. de acq. her. Mō ob. d. l. si d̄s qz nō fuit mutatio p̄sone
rōe dignitatē. puti casu nostro. **Ceterz** nor. id quod est
indubitatū qd si ille in que ē collata a p̄ncipe donatio di-
ctoz bonoz alienauit in aliā p̄sonaz qz ista alia p̄sona te-
nebit p̄stare iuramentū dño castri in qz sita sūt dicta bona
cōfiscata. vt. s. fm̄ An. h̄. **Quid** autē si rex vel dux dca bōa
cōfiscata infeudasset alteri puta Baio. et postea Baio i
feudet alij puta sep̄onio iuxta tradita i. c. i. s. p̄terea. i. d̄
capi. cora. An gai? vel sep̄onio? vel ambo teneant p̄stare
iuramentū dño castri in cui? iurisdictione sūt sita dicta bōa
rūdet And. qz nō: qz iuramentū p̄standū ē p̄ncipi puta regi
cui? est vasallus vel mediat? vel imediatus et dicit qz p̄nci-
pi. c. i. i. de feu. nō habē. pp̄. nām feudi. Et facit tex n̄ h̄ in
p̄n. Et eodē mō dicēdū ē si princeps donaret dicta bona
cū pacto qz possit infeudare acceptans qz videt infeuda-
re ipse princeps fm̄ And. hic.

De forma fidelitatis.

¶ Continuat ad pcedētia docmō. s. vltimū ē q̄liter vas. te-
neat iurare dño. Nūc at̄ restat vidēdū ad q̄ teneat vasal.
dño suo: p̄terea subiicit rubrica de forma fidelitatis.

I n epistola. Totū iste ti. h̄ originaliter d̄ x̄bo
ad x̄bū. xxiij. q. v. c. d̄ forma. Casus: vas.
iurās fidelitātē dño suo d̄ spi mēozia h̄ se lex ca-
pi. q̄ hic specificat̄ z ab h̄is nō tm̄ se d̄z abstinere vep̄ sup
illa auxiliū z cōsiliū dño exhibet̄ similiter eō vice. mutua
est obligat̄ dñs vas. suo virtute dicte fidelitātē. h. d. Mo.
q̄ vas. iurās dño fidelitātē d̄z bec lex capi. in memoria ha-
bere z sic nō esset necesse de iure q̄ exprimat̄ in iuramētō
q̄ sufficeret generaliter iurare fidelitātē vt pz. s. ti. pr. i.
prin. s̄z pp̄ ignaros cōsuetū est exprimi. put dixit ter. j. ti.
pr. Et q̄ ex declaratiōe ter. litterali itelligitis meli⁹ me-
dullā ter. z hui⁹ iuramētī apostillādo ter. dicite ibi d̄ cor-
pore suo. i. q̄ ipse vas. nō erit cā neq̄ p se neq̄ per aliū vt
dñs patiat̄ dñū in corpore suo s̄z iuxta posse suū curabit
cōseruare ipsuz icolumē vt. pbat. j. in ti. se. Ibi d̄ secreto
suo. i. vt nō reuelet secreta sua in dñū suū vt. s. ti. pr. qd̄
qualiter intelligat̄ dixi in. c. i. s. hic p̄t esse ti. q̄. mo. feu-
amit. Ibi munitionib⁹ suis. i. nō reuelet scā p q̄ dñs mu-
niebat se ab hostib⁹ z inimicis suis p d̄cā iura ad qd̄ facit
l. i. ff. ad. l. iulīā. maie. Ibi de sua iusticia vt qd̄ dñs cōue-
nit va. qz vult agere ē eū occasiōe ipsi⁹ feudi z vas. exp̄sse
fuit cōrumax in nō parēdo iuri vel aliter fuit cā vt dñs n̄
posset p̄seq̄ iusticiā vt pleni⁹ declarabo. i. q̄ fuit pri. cā bñ
amit. in. s. itē d̄ dño. Ibi honestatē ei⁹. s. dñi z exi. vt ipse
vas. abstineat se ne vtaf̄ in honestate i domo dñi sui circa
ei⁹ vrozē vel sorozē vel filiā vel simlē vt. pbat. s. q̄. mo. fe.
amit. in. s. rursus ibi possessiōib⁹. i. d̄ suis reb⁹ vt pz. j. in
ti. se. z q̄ fuit pri. cā. bene. amit. in. s. s̄z z q̄ delator ibi leui-
ter regit̄ cū x̄bo pcedēti nō sequenti Ibi difficile exēplifi-
ca vt qz vasal. seminavit discordias pp̄ quas bonū de fa-
cili erat paratū dño nūc z p̄ illas discordias dñs nō pōt
habere nisi cū difficultate Vel exēplifica qd̄ scō operā de-
dit vt nō fieret ibi. ipossibile: vt qz forte ipse vas. distur-
bavit matrimonīū qd̄ erat futurū cū ipō dño z ex opa. va.
nō est possibile q̄ possit aplius esse vt qz forte illa dñā p̄rit
cū alto vel ponas aliq̄d aliq̄d exēplū simile Ibi fidelis. i.
vas. vt. s. de cōtro. inuestiā pri. Ibi documētā. i. supradcā
q̄ ex dictis sex capi. colligunt̄ Ibi caueat. i. p̄mittat suo
iuramētō fidelitatis quātū i ipso fidelitas iuramento de
sui natura iesse itelligat̄ vt. s. dixi ibi p̄stet subaudi vt pz
in ti. so. in fi. iij. ver. cōsiliū zc. cū ibi nō. Ibi vicē. i. eandē
fidelitātē ibi reddere d̄z quasi diceret q̄ ad eādē fidelita-
tē teneat dñs vas. in p̄dictis casib⁹. put z sm q̄ ipse vas. te-
neat dño vt. s. dictū est Ibi malefidus. i. malefidei sm gl.
Ibi sicut ille. i. vas. Ibi p̄uaricatiōib⁹. i. variatōib⁹ qz di-
uerfas cām adiuuat p̄dita cā. put exponit̄ p̄ter. in. l. ff. d̄
p̄uarica. facit. l. i. s. p̄uaricatozē. ff. ad turpil. Ibi p̄fidus
i. fidē p̄dens Ibi piurus nō itelligas p̄ hoc qd̄ dñs iuret
vas. vt statiz dicā vnde nō referas ista x̄ba ad psonā dñi
s̄z ad psonā vas. put. s. expofui In x̄bo sicut ille. no. q̄ in
iuramētō fidelitatis semp̄ itelligūt̄ cōprehēsa ista sex ca.
de qb⁹ in isto ter. z in. d. c. de forma. sicut in simili dicim⁹
z in quocūqz alio iuramētō in quo subitelligunt̄ certe cō-
ditiōes z capitula q̄ no. p gl. in. c. quēadmodū extra d̄ in
reiu. z in autē qd̄ eis. C. d̄ nuptijs z in. c. fi. de be. C. Itē
no. ex illo ter. pp̄ illū x̄bū incolumē q̄ vas. nō p̄t accusare
dñz suū criminaliter gl. signabilis in. d. c. de for ma nisi p
sequeret̄ suā vel suoz iuriā. Ampli⁹ nō p̄t esse estis i cā
criminali vas. d̄ dñz q̄ nō p̄t accusare: nec testis p̄t eē. iij.
q. i. c. testes. z est gl. i. d. c. d̄ forma. s̄z illā glo. p̄robat Jo.
de fantutijs z archi. vos tenebitis gl. in. d. c. de forma. qz
hic seq̄t an. de iser. z allego theozicā i. c. i. s. si illō. i. q̄ fuit
pri. cā bene amit. Ampli⁹ dicit̄ in gl. q̄ nō p̄t esse aduoca-
tus vas. d̄ dñz z eodē mō sentit gl. in. d. c. d̄ forma ex qb⁹
oibus porestis iserre q̄ versa vice dñs d̄ vas. non d̄z testi-
ficari nec patrocinari vel accusatiōes porrigere ar. s. dño

¶ eo, alias p̄det. feudū z p̄dicta vera nisi dñs vel vas. eēt
p̄ditoz patrie vel dñi quo casu admittet̄ accusatio. gl. est
in. d. c. i. s. idē si. quā signabitis. Et est aduertendū qz va.
d̄ ei⁹ pp̄riū filiū p̄ dño d̄z p̄stare auxiliū. c. i. in fi. hic finit̄
lex z est gl. magistra in. d. c. de forma Aduertendū tñ est
qz se defendendo vas. p̄t p̄cutere dñm suū ex iusta cā s̄z ar-
chi. in. d. c. de forma nec p̄det feudū. facit. l. i. C. vnde vi.
z eodē mō dicit archi. si vas. esset iudex deputat⁹ nā iuste
posset dānare dñz suū z ad mortē. s̄z fortassis dicendū eēt
qz excusaret̄ pp̄ vinculū iuramenti. Excipit̄ iperatoz vt vi
debitis in ti. se. z et papa vt in. c. veniens de iureiu. z etiā
patria pp̄ria. l. nūme. ff. de religio. z sūpti fune. z videte
gl. in. d. c. de forma. C. Mo. ex d̄cā p̄te qz vas. sub vinculo
iuramenti nō d̄z reuelare secreta dñi ad ei⁹ dānū: dixi su-
per ter. z pbat. j. ti. se. z no. p gl. in. d. s. c. de forma. facit
qd̄ dicit bal. in pace cōstātē i x̄bo credētia. vbi videt̄ vel
le idēz vinculū esse inter subditos z dñz qd̄ vulgo inter cō-
federatos dicit̄ secreta q̄ vulgus ignorat ar. i. l. i. s. sūma
cū vtilitate. ff. d̄ his q̄ de iuce. vel effude. ita bal. ibi. Simi-
le dicim⁹ in his q̄ denūciāt secreta hostib⁹ qz capite pu-
niūt̄ vt in. l. oēs in. s. explozatozēs. ff. de re militari. z no.
in. d. c. de forma. Eodēz mō dicas qz vas. non d̄z reuelare
munitiones dñi alias priuaret̄ feudo. Simile videmus i
eo qd̄ dat hostib⁹ munitiones vel mittit litteras vel nūciū.
vel p̄ signū eis notificat. nā incidit i crimen lese maiesta-
tis. l. i. ij. z. iij. ff. ad. l. Julia. maieft. Et hoc totū dixit gl.
in. d. c. de forma. facit qd̄ no. p gl. do. in tractatu pacis
cōstātē in. s. ego iuro sup̄ x̄bo credentias. Quid aut̄ de
reuelatē cōsiliū principis. Dic vt habet̄ in. l. i. s̄z aliq̄d
s. i. ff. d̄ penis. C. Mo. vas. debere vti honestate in domo
dñi vt hic z. s. q̄. mo. fe. amit. in. s. i. z de penitē. dif. v. cō-
siderat z no. p gl. in d̄cō. c. d̄ forma. C. Mo. ex secūda p̄te
ter. notabilē qz nō sufficit abstinere a malo nisi fiat quod
bonū est. lxxvi. dif. c. nō satis z no. p gl. in. d. de iusti. z
iure in. s. p̄cepta. facit auctoritas dñi dicentis q̄ nō ē me-
cū p̄ me est. C. Quero an honestas vas. debeat versari i
tota familia dñi: Respōdeo qz sic. gl. i. d. c. de forma. s̄z
pone qd̄ vas. nō fuit vsus honestate in vna psona familie
dñi q̄ nō ē specificē noiata in libello feudali puta in pedi-
sequa. an vas. amittet feudū ar. qz sic p̄ter. nostrum ibi
honeste. Et ibi si beneficio vult dignus haberi. In p̄riūz
determinat̄ and. de iser. Nā solū vas. p̄det feudū qū vtiē
in honestate in psonis specificē in hoc libello numeratis
puta i filia vel vrozē. c. i. s. i. s. q̄. mo. fe. amit. Et ista ps
exq̄sima est qz sumus in materia penali q̄ est restringēda
ca. odia de regul. iur. li. vi. l. cū qdā. ff. de lib. z posthu.
C. Mo. ex d̄cā p̄te qz vas. nō tm̄ est obligat⁹ ad nō facien-
dū dānū dño vep̄ et d̄z dare auxiliū: qz alias non faciat.
Et sic suū fidelitatis iuramentū interpretat̄ vt ipse nō faci-
at z p̄hibeat alios facientes vt. j. q̄ fuit pri. ca. bñ. amit.
in. s. itez qui dñm z in. s. p̄terea. facit qd̄ no. s. q̄. mo. fe.
amit. Simile dicim⁹ in oib⁹ p̄missiōibus negatiuis. vt
ff. de ver. ob. l. in illa z. l. iter stipulatē in prin. z no. glo. in
d. c. de forma. Adde tñ qz vas. nō debeat esse p̄ alijs in
iudicio d̄ dñm suū vt ex hoc ter. colligit̄. z in. c. fi. extra d̄
postu. Tñ p se z suis p̄t petet̄ z defendere ar. in. c. peti.
extra de iureiu. C. Mo. qz piurus nō p̄t esse saluus d̄ suo
fendo qd̄ itelligas vep̄ qū istud piuriū cadit sup̄ deli-
cto vt hic. Secus at̄ si eaderet sup̄ d̄ctu vt. i. q̄ fuit pri. ca.
bene. amit. i. s. z ita no. gl. s. q̄. mo. fe. amit. s. ij. facit qd̄
tāgit̄ p canonistas i ca. fi. de hereti. C. Mo. ex tertia p̄te
qz eadēz fide teneat̄ z obligat⁹ est dñs suo vas. quēadmo-
dū eō vas. dñō. hinc est qz in signū mutue z p̄petue dile-
ctiōis z fidei seruāde osculū interuenit. xxiij. q. v. ca. de
forma. c. tibi dño. lxxij. dif. facit. c. ego. n. z. c. veritatis de
iureiur. d. c. p tuas de dona. spec. z Jo. and. sequit̄ in ti.
de feudis. s. i. ver. ceterz p̄dictis oibus i fi. facit. c. ex ore.
de his q̄ sūt a maio. p̄te capi. Ex quo iser̄ qz sicut vas. p̄
delictū commissum in dñz priuaret̄ feudo. Ita z dñs p

delictū cōmissū i vasallū p̄uari d̄z iure suo .f. pprietate
quā h̄z i dicto feudo qd̄ ē multū notādū. Et dicit hic bal.
q̄ p̄inde est ac si diceret vsufructus cōsolidat̄ pprieta-
ti. Ita vtilē d̄nūz cōsolidet̄ cū directo. Et facit q̄ no. In
no. z Jo. an. de abbate erga monachū in. c. fi. d̄ cōdi. ap-
po. z p̄baē in. c. d̄no cōmittēte. i. si de feu. sue. cōtro. z i. c.
i. qualiter do. pprie. p̄iue. Et hoc ē collegit̄ glo. hic posi-
ta p̄bans p̄dicta p̄ tale exēplū v̄z q̄ sicut libert̄ negās
alimēta patrono inopi puniē q̄ redigū in seruitutē. Ita
z eō patronus denegās libertō p̄iuaē opis que sibi im-
posite fuerunt gratia libertatis z ē hereditate ipsius li-
berti abintestato nō at̄ ex testamento vt in. l. si patronus
nō aluerit. ff. de bonis liber. z in. l. alimēta. de lib. agno.
Et hoc voluit tota ista glo. vsq̄ iuxta fi. sui que b̄n loquit̄
z eā sequit̄ doc. in. d. c. de forma. ¶ No. ex dicta vltima
parte in fi. q̄ fides d̄z seruari hincinde. z qui fidē nō p̄re-
stat eā sperare nō d̄z. facit qd̄ no. p. gl. s. p̄ quos fiat inue-
stit. in. s. fi. z ibi dixi i primo notabili z. j. que fuit p̄i. cā
bene. amit. in. s. i. z hoc voluit dicere glo. hic posita in fi.
sui p. gl. z doc. in. l. cū pponas. C. de pac. z in. l. si instituta
in p̄in. ff. de transa. ¶ In glo. que i isto. c. ad fi. hic not.
esse gl. aureā q̄ d̄ns qui nō p̄stat fidelitatē z nō obseruat
erga vas. octo q̄ i hoc tex. p̄iuaē pprietate feudi. ¶ S̄z
operep̄eciū est querere ad quē deuoluat̄ ius feudale. gl.
in. d. c. forma dicit q̄ deuoluat̄ ad superiorē non ad vas. ¶
z gl. in. c. i. i. qualiter do. ppri. p̄i. quā gl. sequit̄ hic bal.
h̄z nō alleget. z dicit q̄ est mirabile q̄ proprietas cōsolide-
tur vsufructui. vos cōcordate has snias hoc mō aut loq̄-
mur i feudo dignitatis. puta regio vel ducali. z loquitur
glo. in. d. c. d̄ forma. aut loq̄mur in feu. p̄iuaē nō digni-
tatis. z tūc loquat̄ gl. in. d. c. i. z bal. hic p̄ hoc facit. c. i. s.
p̄terea ducat̄. j. de p̄bi. feu. alie. p. fe. z. l. iter dum. ff. de
op. lib. in fi. z facit qd̄ no. bal. in simili in legitimatiōe. i.
l. tāquā. C. de fidei cō. nā declarādo p̄dicta pono exēplūz
dux vel mar. qui recogno. feudū ducale vel marchionale
ab ip̄erio q̄ vas. cōmissit aliqd̄ de istis octo de q̄bus in tex.
certe nō esset dignū neq̄ honestūz q̄ dignitas ducalis vel
feudū applicet̄ vas. facit. l. fi. ff. de tutelis. Ecce exēplū de
feu. p̄iuaē. pono ego p̄iuaē dedit i feudū v̄nū p̄diuz z
cōmissi q̄ vas. meū v̄nū de his octo de q̄bus i tex. certe tūc
applicabit̄ pprietas vas. z sic vas. hēbit directū d̄nūm z
plēnū. ad hoc facit rubrica d̄nū dicit qualiter d̄ns pprieta-
te p̄iuaē. nō at̄ dicit de dignitate. ¶ Quero ab extra iux-
ta p̄dicta v̄nū d̄ns teneat̄ iurare fidelitatē vasallo suo. z
videat̄ dicendū q̄ sic p̄ istū tex. postq̄z vas. de necessitate iu-
rat d̄no vt. s. p̄ quos fiat inuesti. in. s. fi. q̄ eadēz vicē de-
bet sibi vicis̄z reddere d̄ns z vas. vt hic d̄z. p̄ hoc facit. i.
de p̄bi. feu. alie. p. fe. l. fi. z glo. ibidē videat̄ tenere hāc p̄re-
facit p̄ hac parte in tractatu de pa. p̄stātie. in. s. ego iuro.
vbi ip̄eratoz iurat suis subditis. S̄z i p̄riū ē veritas. p̄rio
q̄ nō reperit̄ aliqua lege cantū exp̄sse. itē q̄ vas. equipa-
tur libertō. vt no. j. d̄ m̄. vas. qui cōtu. est. s̄z patronus nō
iurat libertō p̄ honozē suū. l. q̄ bona. s. pe. ff. de dā. infe.
z de iureiu. l. iusiurādū. q̄ ad pecunias. s. hoc iusiuran-
dū cōiuncta. l. honozē. ff. de obsequijs a lib. ergo nec d̄ns
iurare d̄z vas. facit p̄ hac p̄te qd̄ dicit bal. in. l. liberti. liber-
teq̄. C. de op. liber. ¶ No. ob. iste tex. q̄ fatēdū ē q̄ d̄ns red-
dat vicē vas. l. in obseruādo ei sine iuramēto illud ad qd̄
vas. est obligatus p̄ iuramētū d̄no p̄stitū nō ergo tenetur
iurare d̄ns. vasallo s̄z in effectu teneat̄ sibi i t̄m absq̄z sacro i
quantū teneat̄ ipse vasall. d̄no cū sacro. v̄n plus ē in vas. q̄z
iurat z deo teste. p̄mittit. nō ob. dicta gl. in. s. fides. q̄ d̄z
intelligi s̄m istū tex. que allegat z sup̄ quo se fundat v̄z q̄
d̄ns teneat̄ reddere eādē vicē vas. nō at̄ q̄ obliget̄ p̄ sacro
vt. s. dicit̄ ē. Et t̄z bal. i. l. liberti liberteq̄. C. de op. liber. z
si dicta glo. habuisset sensūz cōtrariū nō bene loqueretur
nō ob. dicit̄. s. ego iuro de pace cōstantie q̄ nō loquitur
de iuramento vas. ad d̄m vel ecōtra. s̄z loquitur de sacra-
mento asscuratiōis. vbi p̄ asscuratiōe p̄iū p̄stāt hinc

inde. de quo sacramento fecit mentionem. s. ti. p̄. in fi.
Ex q̄bus inferē q̄ i iuramento nō ē parilitas iter d̄m z
vas. iō t̄z and. de iser. z ia. de bel. hic z cōiter doc. in. c. i.
extra de feudis. Similiter nō est parilitas ipignozando
ius qd̄ q̄s h̄z in feudo. vt dixi. j. de p̄bi. feu. alie. p. fe. in
p̄in. in prima glo. Itē videmus nō esse parilitatē in reli-
quendo ius ip̄soz ad p̄ias causas: q̄ d̄ns pōt hoc facere
vt. i. de pa. iura. fir. in. s. pe. sed vas. nō pōt. vt. i. qualiter
oliz feu. alie. pot. post p̄in. Similiter nō est parilitas in
alijs casibus quos scripsi. i. de cōsue. rec. feu. in ver. z cū
dā. ¶ Quero an vas. teneat̄ iurare filio d̄ni fidelitatem
viuente d̄no dic q̄ nō si nō vult vt colligit̄. j. de ca. cora.
in p̄in. de p̄bi. feu. alie. p. fe. i. s. p̄terea si quis. z. s. quo
tpe miles. c. i. nisi forte d̄ns a p̄in. ei dedisset feudūz cum
hoc pacto q̄ iuraret ēt filio suo ip̄so d̄no adhuc viuente vt
probat̄ in tractatu pacis cōstantie in. s. in noie x̄pi. vbi
iurat ēt filio ip̄eratoz. facit. l. cū patronus. s. i. ff. d̄ op.
liber. z. l. si quis opas. z. l. si operari. Et h̄z nō teneat̄ filius
iurare t̄n nō d̄z eos offēdere. vt. i. q̄ fuit p̄i. cā. b̄n. amit.
in. s. rursus. z. s. in. s. iij. qui. mo. se. amit. z. i. an ille qui
interfecit fra. do. c. i. Sed v̄rū fili⁹ vas. viuētis debeat iu-
rare dic q̄ nō vt reperiat̄ cautū. sed b̄n d̄z se cauere ab of-
fendendo vt. i. de p̄bi. feu. alie. p. fe. in. s. insup. Et p̄di-
cta sunt de mente iac. de ardz. in sūma in ti. qualiter iura-
re d̄z vas. sub rubricella nūquid z filio d̄ni iurare d̄z vas.
z. c. D̄no at̄ z successorib⁹ bene posset fieri i inuestitura p̄
missio siue iuramentū vt in. c. ego. n. eps. extra de iureiu.
z dixi in. c. i. in p̄in. j. q̄ fuit p̄i. cā bene. amit. ¶ Quero
q̄z hic d̄z q̄ vas. non debet p̄dere secreta d̄ni. quid si d̄ns
dixit vas. i secreto q̄ velit occidere ticiū. an vas. poterit re-
uelare aut quid agere d̄z: dic q̄ d̄z p̄suadere d̄no ne id fa-
ciat z dicere ticio in genere vt custodiat se q̄z quidaz vult
ip̄sum occidere non t̄n d̄z noiare aliquē. ita dicit glo. x̄ij.
di. notauit. z probatur in. c. si sacerdos. extra de offi. or. z
tenet and. de iser.

De noua fidelitatis forma.

Continuat̄ hoc ordine: supra visus ē de antiqua for-
ma fidelitatis: nūc autē videndū ē de noua fidelitatis for-
ma: p̄terea subiicit de no. fid. for.

Est z alia. Casus: s̄z iuramētū fideli-
tatis generaliter p̄stitum
p̄ vas. sit sufficiens de iure ac in se contineat inte-
grā z p̄fectā fidelitatē sine alia adiectiōe. attamen p̄p sim-
plices z ignaros specificat̄ z noiatis exprimunt̄ in fideli-
tate oia ea capitula ad que vas. obligat̄ est domino z de-
bito fidelitatis mō z forma hic descript̄. h. d. vsq̄ ad. s.
inuestitura. ¶ In tex. ibi ad vltimū diē dic s̄m andr. de
iser. q̄ ista verba ponunt̄ p̄p simplices. z sunt sup̄flua. q̄z
ēt si nō apponāt̄: debet ipse iurās p̄petuo esse fidelis post
quā iuramentūz est factū sine p̄finitōe t̄pis ar. C. de pe-
nis. l. seruus z de diuersis reser. l. flo. z. l. iuris peritos. ff.
de excu. tu. facit q̄ dixit inno. in. c. ex literis extra de con-
stit. ibi ip̄eratoz. nā ip̄eratoz d̄z in oī sacramento fideli-
tatis excipi vt. i. de p̄bi. feu. alie. p. fe. in fi. ¶ In gl. ij.
hic posita in fi. ibi vel rege. pōt intelligi de eo rege a quo
tenebat feudū q̄ casu ipse rex tanquā p̄ior d̄ns d̄z sp̄ exci-
pi vt. i. hic finit̄ lex i. s. fi. nāz q̄libet p̄uicia h̄z suū regēvi.
q. iij. scitote z. vi. q. i. i apib⁹ z. l. postliminiū. ff. d̄ captiuis
p̄t ēt intelligi q̄ loquat̄ de rege romanorū q̄ nō d̄ū est cōse-
cratus z coronatus de ip̄erio. z sic nō erat verus impera-
toz vt probat̄ in. l. bene a zenone in fi. C. de quadrien. pre-
scri. in. c. venerabilē extra d̄ elec. z no. in. l. ex eo. ff. d̄ testa-
mil. in quit̄. vt p̄pona. nomen ip̄era. in p̄in. z Otto ip̄e-
rator similiter appellauit se regēz z italia appellat̄ regnū
italicū in. c. tibi do. l. iij. dif. z probat̄ in. c. i. s. si de inesti.
inter do. z vas. lis ori. z. j. quis dicat̄ dux marchio vel cc.
in. c. i. in p̄in. z. i. de pa. ten. in p̄in. z in fi. Ibi recte in
i iij

telligat. i. sane & pfecte vt extra de spōsa. ex litteris & in
c. ex pte. ibi cōtinet fidelitatez subaudi q̄ p̄ q̄ ille qui in
rat fidelitatez d̄z sp̄ in memoria h̄e oia capitula ad q̄ te
nef ex debito fidelitatis vt dixit tex. s̄. ti. p̄ox. & hoc volu
it gl. hic posita. & p̄ hoc est expedita. Ibi membrū. q̄d sit
& qualiter capiat membrū dic p̄ l. i. in. l. nō sūt liberi. ff.
de sta. ho. & plent̄ p̄ bar. in. l. ij. ff. de pub. iudi. Ibi vel cō
tumeliā. dic q̄ iniuria & cōtumeliā differūt tāquā genus
& species qm̄ iniuria dicit̄ oē q̄d nō iure fit: s̄ cōtumeliā
pprie in specie pro ipsa iniuria illata vt. l. i. in prin. ff. d̄
iniuri. Ibi quāctius potero. q̄d intelligit bal. & bñ cum
aliquo moderamēto ipis de q̄ dicit esse glo. singularē in
l. emilius. ff. de minoribus facit. l. q̄d dicit̄. ff. de solu. &
q̄d dixi infra. de phi. feu. alie. p̄ se. in. s̄. firmiter. ibi nun
ciabo & h̄ vas. sp̄ facere tenet̄ ad hoc vt dñs possit cuitaf
piculū. & si vas. hoc n̄ facit d̄z p̄dere feudū vt. j. q̄ fuit p̄i.
cā bene. amit. in. s̄. p̄tea & in glo. hic signata q̄ p̄ hoc est
expedita. Ibi put potero. hoc iō dicit qm̄ si vas. hoc non
posset esset excusatus nec p̄iuaref feudo vt. j. q̄ fuit p̄i.
cā be. amit. in. s̄. h̄ nec est alia. & in glo. hic posita h̄ nō bñ
allegat facit tex. in. c. ij. s̄. de feu. sine cul. nō amit. & q̄ no.
glo. s̄. qui. mo. feu. amit. in prin. & in. c. i. s̄. quo tpe miles
ibi sp̄aliter vel generaliter An at̄ sufficiat generalis p̄cla
matio dixi. j. d̄ pace in. fir. s̄. h̄. Ibi p̄dā. subaudi. l. scien
ter & ad dñū dñi. nā ista duo requirunt̄ ad hoc vt vas. māi
festās credentiā dñi p̄iuef feudo & dixi late in. c. i. s̄. hic
p̄ esse ti. qui. mo. fe. am. & s̄. in. ti. ij. Et hoc voluit gl. hic
posita. Ibi scā. vel p̄ signa vel scripturā vel alio mō vt di
xi. s̄. ti. p̄. Ibi expedit̄ subaudi. & istud cōsiliū d̄z vas.
dño exhibere alias p̄iuaref feudo cū videat̄ facere q̄ fide
litatez. qm̄ nō sufficit q̄ se absteineat a malo nisi faciat q̄d
bonū est. & p̄dicta p̄banf. s̄. ti. p̄. in. fi. & hoc et̄ voluit di
cere glosella hic posita. Ibi ex mea p̄sona. hoc iō dixit q̄
sicut ipse vas. tenet̄ dñm adiunare q̄ alios & ab alijs euz
defendere ne p̄dicta ei eueniat vt. p̄bas. s̄. co. in. ver. iuro
q̄ nūquā & c. ita quoq̄ & multo magis in sua p̄sona et̄ h̄ ar
tendere ne p̄dicta fiat & hoc est q̄ voluit dicere gl. hic posi
ta que ad p̄dicta allegauit aliquas cōcor. vt statiz dicam.
C. No. ex prin. huins. c. q̄ illud q̄ de sui natura est tacite
intellectū si specificet̄ notatiz intelligit̄ nouā formā indu
cere q̄d intelligas vey s̄m bal. quātū ad formā apparen
tē nō quātū ad intrinsecū sensū ad virtutē essentialē sicut
videmus in eo q̄ sp̄icā excutit qm̄ nihil noui inducit. sed
velatā formā & inclusā ondit ar. i. l. cuz q̄s. s̄. fi. ff. de acq̄.
rex domi. C. No. q̄d forma substāialis pōt declarari p̄
formā accidentalē vt hic & dixi. s̄. ti. ij. c. i. nō at̄ p̄ muta
ri vt in. l. platā. C. de senten. & interlo. om. iu. & no. in. l. n̄
sunt liberi. de stat. ho. Qñ at̄ intelligat̄ esse forma substā
tialis & qm̄ accidentalē dic plene p̄bar. in suo tractatu
tiberiadis ad fi. Quot at̄ modis capiat̄ forma bal. in. l. i.
ff. de lib. & post. & plene p̄bal. in. l. si duo. s̄. si q̄s iurauerit
ff. de iniu. vbi ponit. xij. species quas ibi videre poteras
facit q̄ no. i. c. i. extra de baptismo. C. No. ex pte. ibi ego
ticius iuro & c. q̄ instrumentū p̄t formari in p̄ia p̄sona q̄
bētis vt hic in. c. i. s̄. ti. ij. s̄. dic q̄ p̄t et̄ formari in tertia p̄
sona q̄ i hoc nō ē vis dñmō nō omittat̄ substātia verita
tis vt ē tex. exp̄ssus ibi inno. in. c. de cōuer. cōiu. in autē. si
qñ. C. de cōsti. pecu. imo si qñq̄ instrumentū loqueret̄ in
p̄ia p̄sona qñq̄ in tertia nō viciabit̄ instfz. gl. est que in
cip. i. l. si ego. ff. si cer. pe. s̄z mar. similiter n̄ refert an vba
inuestiture sint de p̄nti siue de p̄terito. vt p̄ io. an. i. c. ab
bate de verbo. si. approbat̄ p̄bar. in. l. p̄dia. de ac. ep. per
bal. s̄. de his qui feu. da. pos. in. s̄. pe. Qualiter at̄ notari
debeat cōficere instfz. dic vt no. p̄ glo. in autē. de tabellio.
s̄. i. colla. iij. C. No. ex tex. ibi q̄ oēs hoies iūcta gl. q̄ exci
p̄t p̄p̄riā p̄riaz q̄d hois appellatiōe venit ciuitas & vni
uersitas d̄ quo in. l. metū. s̄. aiaduertēdū. ff. q̄ me. cā bal.
in rubrica. C. ad treb. Jo. and. in. c. cū in illis. s̄. i. de p̄e
bē. li. vi. C. No. et̄ ex tex. ibi & bec sac̄ta euāgelia. q̄ b̄ iur

ramentū p̄stat̄ sup euāgelis. dicit tñ bal. hic q̄ idē si sup
testō veteri. c. & si x̄ps d̄ iureiurā. vel sup alia re sancta. l.
generaliter. in fi. C. de rebus cred. faciūt q̄ vidimus. s̄. ti.
ij. gl. in de. i. de hereti. io. an. in. c. vt circa d̄ elec. li. vi. bal.
in. c. i. s̄. si. n. s̄. qui sit inuesti. in. s̄. itē sac̄ta. post glo. i. de
pa. iura. fir. te. C. No. q̄ generalis locutio dicit̄ esse q̄d
p̄fectū q̄d cōtinet oēs suas species ad q̄d. l. i. ff. si cer. pet.
& iō sufficeret iurare fidelitatez simpliciter sic dicit̄ iuro
ibi fidelitatez q̄ oēm hoies excepto imperatore vt hic. Quin
imo & breui⁹ & generalit̄ posset iurari sic dicit̄: iuro q̄
ero tibi fidelis sicut d̄z esse vas. dñō. vt p̄z. s̄. in. d. ti. ij. i. p̄n.
& sub isto tali iuramēto simplici & generali cōprehendūt̄
oia capitula req̄sita ad fidelitatez vt. s̄. ti. p̄xi. S̄z hodie
p̄ simplices q̄ ignorant significatiōes vocabuloz q̄d cō
tineat ipsa fidelitas specificat̄ ipsa capitula in iuramētis
fidelitatu vt appeat ad q̄d teneat̄ iurās vt. p̄bas i isto tex.
& in. c. ego. n. ep̄s. extra d̄ iureiur. Itē & est alia rō q̄ solet
plus timeri id q̄ sp̄aliter q̄s q̄ in genere pollicet̄. xxiij. q̄
vi. c. q̄s. no. gl. s̄. in. d. ti. ij. in fi. Itē q̄ natura quotidie
deproperat edere nouas formas. C. d̄ veteri iure enude.
l. ij. s̄. s̄z q̄ s̄z and. d̄ iter. C. No. eē subueniēdū simplicita
ti hoies q̄ ignorant significatiōes vocabuloz. vt hic & in. l.
i. in prin. C. de indicta vidui. tol. facit q̄ dixi. s̄. de na. fe.
in. c. i. in fi. Et ex hoc dixit gl. no. in. l. stipulatio in. s̄. hoc
quoq̄. ff. de ver. ob. q̄ t̄z dicit̄ testis simplicis & rustici q̄
deposuit talē possidere q̄ quā interrogat̄ q̄d sit possessio
nescit diffinire. facit q̄d no. gl. in fi. de inuti. stipu. i. s̄. itē
si quis q̄d tangit̄ in. c. ex litteris extra de spon. C. No. ex
tex. ibi vel in antea habes q̄ iuramentū p̄stat̄ sup futuro
q̄d intelligit̄ bal. esse vey qm̄ ipsuz p̄stat̄ sup reb⁹. secus si
sup staturo q̄ tūc ad p̄terita. & allegat. c. clericus extra d̄
iureiur. S̄z tu aduerte q̄z h̄ virtus iuramētū p̄stiti sup sta
tuto p̄terito nō extēdat̄ ad futura vt ibi. tñ si a principio
q̄s iuraret seruare statuta p̄terita iā scā & futura fienda
tale iuramentū caper̄ et̄ iura futura. vt ibi exp̄sse t̄z inno.
facit. c. p̄tea extra de testi. cogē. q̄d intelligas p̄cedere
nisi talia statuta essent illicita & q̄ libertatē ecclesiaz vt in
c. i. extra de iureiur. li. vi. C. No. tex. ibi req̄s̄ s̄z bal. hic
& ad hoc vidē allegari in magna q̄one istū tex. q̄ h̄ vasal.
teneat̄ iunare dñz si ab eo fuerit req̄s̄ est tex. in. c. i. s̄. n̄
cogit̄. i. an ille q̄ interfe. fra. do. feu. am. Et dicit̄ and. hic
q̄ elegans est ad ligas & cōfederatiōes q̄ sūt quotidie i
ter principes. vñ tenet̄ aliū iunare sub pena intelligitur
si fuerit req̄s̄tus. ita bal. hic & post eū. d. mar. bal. in. l. exe
cutorē. in. xij. col. C. de execu. rei iudi. In simili cōsuluit
calda cōsi. iij. in ti. de penis. facit. l. magnā. C. de p̄trahē.
& cōmit. stip. nec etiam p̄ hoc dñs p̄det ius feudi et̄ si cen
tū āms stetit q̄ nō exegit̄ seruitia a vasallo q̄ nō idigit̄
ita bal. in. c. ex pte. in. ij. col. de testi. p̄ tex. que ipse ad hoc
cōmendat in. c. ij. s̄. de feu. sine cul. n̄ amit. bar. in simili i
l. scimus. C. de agri. & censu. li. xi. in. l. fili⁹. C. de decuri. li.
x. p̄dicta tñ declarate. vt. i. statim dicit̄ p̄ tex. hic in vbo. si
sciuro. Et ita aluaro. in. c. i. s̄. h̄ nec alia v. p̄tea. j. que
fuit p̄i. cā bñ. amit. C. No. tex. ibi sine tua licentia q̄ se
cretū mibi cōmissuz possuz cū licentia illius reuelare ita
bal. hic. C. No. ex isto tex. ibi & si sciuro & c. q̄ h̄ vas. non
icidat in penā amissiois feudi nō p̄stat̄ auxiliuz dñō nisi
fuerit req̄s̄t̄ vt hic. & j. q̄ fuit p̄i. cā bene. amit. in. s̄. p̄e
rea. tñ vey illud est nisi ipse vas. sciret maximū piculum
imminere ipsi dñō. q̄ tūc nō d̄z expectare interpellationē
dñi sed d̄z spōte se offerre. vt in. c. l. j. si feu. fue. cōtro. &
j. hic finit̄ lex. s̄. ad h̄. alias at̄ non p̄iuaref vas. feudo h̄
spōte nō offerat ad seruiēdū. vt dicto. c. l. & hoc et̄ voluit
gl. hic. Et de hac materia in. de. l. & in. c. i. s̄. i. hic finit̄
lex. & j. de phi. feu. al. p̄ se. in. s̄. firmiter. C. No. ex d̄cā
pte q̄ in iuramento semp̄ intelligit̄ possibilitas iurātis
facit. c. ij. in fi. s̄. de feu. sine cul. non amit. & s̄. ti. p̄ox. nā
ipossibilitas excusata a periurio. l. fi. ff. qui satisda. cogā.
de quo in. d. c. l. & si de feu. fue. contro. in. ij. oppo. & in. c. fi.

de alie. feu. pa. **C** Mo. ex hoc tex. l. fi. qd̄ quēadmodū va
 fallus tenet seruare dñs ab offensione alteri. ita quoq; z
 multo fortius ab offēsiōe ppria vt dixi supra. tex. facit. l.
 cū meo cū ibi no. ff. de pac. qd̄ intelligas vtz fm and. de
 iser. qñ tractat̄ d̄ offēsiōe in dñm. S; vbi tractatur d̄ de
 fendēdo dñm. tūc dcā eq̄pario nō pcederet. qm̄ vasallus
 bñ tenet defendere dñs p̄ alios. s; nō p̄ se vt no. glo. j. hic
 finit̄ lex. s. fi. facit ad p̄dcā qd̄ no. extra de iureiu. c. peti
 tio. z i. l. i. q̄sitiōi. C. d̄ solu. **C** Ppo. cū gl. ij. q̄ imo i iura
 mēto fidelitatis d; excipi z altera p̄sona q̄s ip̄eratoz vt p
 bat. i. hic finit̄ lex. s. fi. cui? p̄riū hic videt̄ q̄ nō excipiat̄
 nisi solū p̄sona ip̄eratoz. So. ista ē regula v; q̄ vasallus
 d; iurare de adiuuādo dñs p̄ oēm hoies ēt p̄es filiū z fra
 trē. ppriū. s; ab ista regula excipit̄ ip̄eratoz vt hic. itē exci
 pit̄ ēt p̄sona prioris dñi si vas. h; plures dños p̄ diuersis
 feudis vñ iurādo sc̄do fidelitātē d; excipi p̄sona dñi anti
 q̄oris vt in p̄rio z hoc voluit tota ista glo. vsq; ad fi. q̄ bñ
 loq̄mur. z de hoc ēt dixi sup̄ tex. Et adde q̄ ab hac regu
 la itelligit̄ ēt excepta p̄sona pape vt in. c. venientes extra
 de iureiu. ēt si exp̄sse nō exceptuēt vt no. i. c. cōstitū. extra
 de rescrip. itē excipit̄ bal. qñ ledereēt p̄ frater vel fili? vas.
 circa ea q̄ sunt imutabilia de iure tex. insti. de iure natura
 li. in. s. s; naturalia h; posset dici fm. d. Mar. exceptionē
 bal. nō verā q; iuramentū p̄fert nature. xxi. q. vlti. c. de
 forma. vbi glo. in terminis. Nō ob. s; z naturalia q; fa
 teoz naturalia imutabilia in genere nō at̄ in specie no. i. l.
 fi. C. si cōtra ius vel vtili. pub. z p̄ alberi. in. l. quotiēs. C.
 de p̄cibus ip̄era. offe. tñ p̄dicta possunt sustineri q; ex quo
 respectu p̄sonaz iuramentū est generale nō videt̄ mens
 iurātis istos cōprehendere q; speciali p̄rogatiua gaudent
 iure nature. l. filios z similes iuxta glo. notabilē in simili
 in. l. decurionū. C. de silentariis li. xij. In gl. q̄ incipit. q̄
 sp̄ no. gl. q̄ puniēt. s. vas. negligens sicut dolosus. **C** P
 po. cū glo. vi. q̄ imo vas. nō tenet dñs adiuuare volentem
 aliū offendere vt. p̄bat in. d. c. i. in p̄m. j. hic finit̄ lex cu
 ius cōtrariū hic legit̄. So. iste tex. tollit cōtrariū qm̄ p̄e
 supponit q̄ dñs iuste se mouebat ad offendendū quo casu
 tenet vas. ipsum adiuuare vt hic. s; vbi dñs iniuste se mo
 uet ad offendendū z hoc cōstat tūc vas. nō tenet ipsuz ad
 iuuare vt ibi. S; vbi dubitat̄ an iuste se moueat vel n̄. tūc
 in dubio tenet ipsuz adiuuare l; qd̄a z male voluerint vi
 cere q̄ vas. indistincte teneat̄ adiuuare dñm. Et p̄dicta
 sunt vera nisi dñs esset excōicatus vel bānitus q̄bus casu
 b? vas. nō tenet ipsuz interiz adiuuare. tñ censeat̄ absolut?
 a debito fidelitatis. put oia p̄dicta colligūt̄ ex. d. c. i. i. p̄m.
 hic finit̄ lex. z hoc voluit tota ista glo. vsq; ad fi. que bñ lo
 quitur. **C** Quero ab extra. cū hic fiat mentio de captiōe.
 qd̄ si vas. dedit cōsiliū vel auxiliū in capiēdo ipsuz ad h
 vt curaret̄ an hēbit locū iste tex. dic q̄ nō fm and. de iser.
 q; d; intelligi de captiōe i mala p̄te ar. in. l. gradati in. s.
 i. ff. de nume. z bono. idē dicendū si ipsuz cepisset vt corri
 gat̄ vel emendet̄ a p̄pinq̄uis. C. de emenda. ppin. i. l. i.
C Querit̄ an vas. teneat̄ seruire dño expēsis pprijs in
 quocūq; loco vageēt dñs. z sine hac qōne ia. ard. in sūma
 varia dixit in. ij. carta sub rubricel. cui? expēsis teneatur
 seruire vas. zc. ego puto istā esse veritatē. q̄ aut̄ p̄t cōstare
 ex forma inestiture qd̄ agēdū sit. z tūc istud d; obseruari.
 ar. s. qd̄ sit inesti. s. pe. z fi. Aut est dubiū. z tunc aut vas.
 h; bonū z sufficiens feudū ad tale seruitiū exhibendū. z
 tūc teneat̄ ipse vas. seruire dño expēsis pprijs. dum nō
 dñs nō vageēt extra terrā ppriā ar. in. l. suo victu cū pluri
 b? legibus se. ff. de op. liber. C. de anno. z tribu. l. p. loc. ff.
 de annuis lega. l. meua. s. v. in autē. de māda. p̄m. s.
 illud z. ff. de pecu. l. s; z h. s. i. si vero vas. nō h; sufficiens
 feudū ad tale seruitiū exhibendū. Et tūc d; seruire expē
 sis dñi. d. l. suo victu. z. l. hope. ff. de ope. liber. z p̄batur
 in. l. i. ver si tu. ff. de tutel. z ra. distra. z de administ. tu. l.
 tutoribus z. ff. mādati. l. idēq; s. labeo vbi at̄ dñs vellet
 exire p̄tiaz z terrā ppriā z ducere secū vasallos z tunc d;

h fieri expēsis pprijs dñi nō at̄ vasalli ar. in. l. cum sepe
 C. de eroga. mi. ano. li. xij. z in. l. modios. C. de succēp. z
 archa. li. x. z p̄dicta pcedūt nisi vas. duceret̄ i exercitu im
 peratoz dñi vadit romā p̄ suscipiēda corona q; tunc d;
 seruari forma tradita. i. de pa. in. fi. te. c. i. i. fi. z d̄ p̄bi. fe.
 ali. p̄ se. in. s. firmiter z dixi. i. de ca. cor. in. s. similiter. z
 de probi. feu. alie. p̄ lotba. in. c. i. z no. in glo. i. **C** Quero
 an p̄ cōsuetudines vel statutū possit dari alia forma circa
 iuramentū fidelitatis. z dicit and. de iser. q̄ sic cōcludēs
 q̄ in p̄statiōe huius iuramēti fidelitatis sp̄ seruari d; con
 suetudo illi? loci vt p̄batur in h̄ tex. arg. ff. de publica. l. si
 publicanus. s. fi. z d̄ enic. l. si funduz. Sed vbi non esset
 specialis consuetudo vel p̄uouiso tunc debet p̄stari fideli
 tas fm formā istius tituli z tituli p̄cedentis fm ipsum fa
 cit ad p̄dicta. c. i. s. de feu. cog.
Inuestituram. In sūma hoc vult post
 quā dñs inuestiuit vas.
 z ab eo iuramentū fidelitatis recepit: d; sibi tradere posses
 sionē feudi alias si nō tradit tenebit̄ vas. restituere oē suū
 dānuz. b. d. Mo. clare ordinē ad p̄cipiēda istrumēta inue
 stituraz. nā p̄rio sit inuestitura. l. s; balis sine abusina: sc̄do
 iurat̄ fidelitas: tertio traditur possessio. faciūt q̄ vidim?
 in. c. i. s. qd̄ p̄cedere deb. inuesti. an fideli. z. c. i. s. titu. ij.
C Mo. q̄ dñs postquā fecit inestiturā verbalez z sibi sit p̄
 stita fidelitas cogit̄ p̄cise p̄dere vas. inestitū in possessio
 nē feudi. vt hic. ex quo iseras q̄ nō possit penitere neq; li
 berari a tali obligatiōe volēdo p̄stare interesse vt in. c. si
 facta. j. si de feu. sue. cōtro. z in gl. fi. hic posita q̄ p̄ hoc re
 manet expedita. itē similiter dicim? in donāte z vendēte
 vt p̄cise cōpellant̄ ad tradendū isti. d̄ dona. in. s. p̄ficiunt̄
 z isti. de emp. z vendi. i. s. p̄ciū. d̄ q̄ p̄ gl. z doc. in. l. i. ff. d̄
 act. emp. z in. d. c. si facta sup̄ glo. fi. vbi ēt declarabo q̄ si
 p̄dicti nolūt tradere q̄ manu militari deberet auferri. l.
 q̄ restituere. ff. d̄ rei vē. **C** Mo. q̄ p̄ inestituraz verbalez ēt
 cū anulō factaz q; nō adipiscit̄ possessionē feudi vt h̄ c
 z in. c. p̄tuas. extra de dona. z in. c. ex ore. extra de hisiq;
 fiunt a maio. p̄te ca. cū ibi no. Intelligas tñ q̄ feuduz bñ
 ē acq̄sitū postquā dñs cōpellit̄ p̄cise ad tradendū. vt. s.
 dixi. nā vas. h; ius ad rē. h; p̄ ipsaz simplicē inuestiturā vi
 deat̄ habere minus q; si haberet possessionē. xvi. q. ij. vltis
 z in. l. minus. ff. de reg. iu. h; odoff. z ia. ard. q̄liter at̄ fiat
 p̄ dñs rraditō hui? corp̄alis possessionis q̄ inestitura ppria
 appellat̄ dixi. s. in ti. qd̄ p̄ce. debe. an inuesti. an fideli. c.
 i. vbi videas. **C** Mo. q̄ mora tradere debentis opatur vt
 morosus teneat̄ ad oēs vtilitatē quā recepturus fuerat
 ille cui debebat fieri traditio vt hic. z no. p̄ glo. s. d̄ cōtro.
 inuesti. **C** Ppo. cū gl. ij. q̄ imo dñs morosus nō teneat̄
 ad oēm vtilitatē. vt p̄bat in. l. si sterilis in. s. cū p̄ venditō
 rē sc̄do responso. ff. de acti. emp. So. hic loq̄mur de inter
 esse intrinseco hoc ē d̄ dāno q̄ habuit vas. ibi aut̄ loq̄mur
 d̄ interesse extrinseco. s. de lucro q̄ potuisset inde p̄cipere
 vas. si d̄bito tpe fuisset sibi tradita possessio feudi. vt quia
 potuisset ex redditu feudi negociari z lucrari. nā tale in
 teresse nō cōsiderat̄ z ita distinguit̄ i. d. s. cū venditorem
 p̄ istā gl. vsq; ad ver. ites si ea zc. Aduerte q; solutio hui?
 glo. ita simpliciter itellecta cōfundit̄ hodie p. l. i. in fi. C.
 de sen. q̄ p̄ eo q̄ interest p̄fe. Et ita no. glo. magna in fi.
 i. d. s. cū p̄ venditores. doc. sup̄ hoc passū varia dixerunt.
 Adibi p̄sopi. bar. distinguet̄ iter lucrū qd̄ cōtingit̄ ex
 tra rez ip̄am put ipse latissime z pulchre p̄seq̄tur p̄dcā i
tio inducit a canone ita vt retro fingat legitimū. d. c. tāta

ergo perinde est hac si vere legitimus a prin. fuisset. Nec
obstat clericatus qz sicut non pot impedire matrimoniu.
ita nec eius effectum. Bar. aut in l. i. ff. de concubinis vi
detur dubitare. Sed popi. Richar. malabze fortiter fa
cit qz tpe natiuitatis tenuisset matrimoniu. Itz qz. c. ta
ta. non fingit sup impossibile. Impossibile aut fuisset q
ille clericus duz esset in ordinib⁹ potuisset p⁹bere vt i autē.
de sanctis epis. Item pbatur in. d. c. tara in fi. vbi spurij
no legitimatur per subsequens matrimoniu: z hanc opi
nionē dicit Alvaro. esse veriorē quā v⁹ sequi. Bal. in. l.
z si cōtra. C. de nuptijs in. l. benignius. C. de legi. z in au
ten. preterea. C. de nali. libe. Nā simile videm⁹ qz si quis
cōtrabat ex dispen. cū sua consanguinea cum qua habuit
p⁹ filium vel cōtrabat cū iudea nūc effecta xpiana cuz qua
primo habuit filiū quod per tale matrimoniu subsequens
no sit legitimus filius primo natus vt dicūt doc. in. d. c.
tanta z Bal. in. l. paulus. ff. de statu homi. Utrū autem
possit alias fieri dispēatio. vide per Jo. an. in. c. legitimi
de reg. iur. in mercurialib⁹. **Q**uero. pone qz quis susce
pit filiū ex concubina z cōtrabit cū alia z suscepto prolem
illa mortua p⁹bit cū prima cōcubina. z sic legitimat. ples
z filius prius susceptus ex illa. quis dz succedere in feudo
stante statuto vel cōsuetudine qz primogenitus in feudo
succedat z Jo. an. and. in. d. c. sine culpa in mercuria. t3 qz
succedat filius natus ex vxore. z est ratio qz filio nato ex
cōcubina deferebat hereditas si legitimaret si ergo ante
cōditionem purificatā nascit⁹ z alter filius legitimus ille
succedit per. c. quānis z si pro parte de prebē. lib. vi. cum
p⁹ huic filio secūdo ius querat. z ita tenent doc. in. l. cū de
cem. ff. so. ma. z Bal. in. l. cū quis. C. de nali. libe. Bald.
in. l. neqz in simili. C. de nup. Et ita determinat in directo
rio iure in ti. de filiis legiti. z illū. §. quidem allegat Du.
Bar. z qz circa istam mām limitatiōis late scripsi in. c. tā
ta in. ix. col. z in. c. per venerabiles in. §. quid aut in. vij. z
xiii. col. ex qui filij sunt legiti. h. leuiter pertrāseō. **Q**ue
ro quid si nascat filius ex matrimonio qd no tenebat pu
tabat non tenere per p⁹bentes errātes in facto. An talis
filius succedat in feudo. Et dicit Bal. qz sic per not. in. l.
qui p⁹. C. de incest. nuptijs quod intelligere v⁹ qn⁹ matri
monium esset improbatū alia de cā qz rōne cōsanguinita
tis puta qz vir habuit alia vxorem vel e⁹ vel pater erat sa
cerdos vel mater monacha z alter ignorabat. qz casu na/
tus ex tali matrimonio erit legitimus et respectu vtriusqz
qzqz alter ipsoz sciuerit. vt. ff. de statu. liberis. l. si duob⁹
facit quod not. in. c. ex tenore qui filij sunt legi. z Bal. in
d. l. qui p⁹. Sed qn⁹ matrimoniu esset improbatū rōne con
sanguinitatis tunc filij nati no essent legitimi neqz succe
derent. **Q**uero princeps cōcedit feudum cōstituto in
sacris pro se z heredibus suis: quero an illa verba here
dibus intelligat. i. descendētibz. an dō de agnat. Con
cludit Bal. qz intelligit d⁹ collateralibus no de filiis qz co
gitasse v⁹ qz cōstitutus in sacris no potest h⁹re filios legiti
mos. l. heredibus. §. fin. ad trebel. Jmol. in. l. ex facto. §.
si quis rogatus. ff. eo. **Q**uero. dñs concessit feudū vas.
pse z suis filiis natis z nascituris. z tunc dñs sciebat qz
vas. habebat nisi solū filium nālem. nunqd talis filius nā
lis succedat in feudo. dic qz sic qz scia dñi concedentis b
importat. ar. l. si quis ita. ff. de test. tutela. Nā quilibz pot
inuestiri et seruus z quicūqz si dño placet vt in. c. i. §. per
sonam. §. per quos fiat inuesti. z t3 Bal. in. l. eam quam
C. de fideicomis. z pbatur in. l. heredibus. §. si. ff. ad treb.
Quero an Impator possit legitimare ad feudū eccle
siasticū. Vel papa ad feudū tpale. Et dicunt doc. qz non
qz vnus non pot subtrahere de iurisditiōe alterius. l. cō
sulta diualia. C. de testa. z in. c. nouit d⁹ iudicijs z t3 Bal.
in. d. l. eam quā z Bar. in. d. l. in puincia. C. de secū. nu.
z in autē. ex complexu. C. de incest. nup. vide. x. dif. c. i. z i
Spe. de dispen. §. si. ver. illud. Jo. an. in. d. c. latoz. Utrū
aut Imperator possit legitimare in terris ecclesie vel pa

pa in terris imperij tangit per predictos in dictis locis.
Et Bal. plene in. l. i. C. d⁹ iure annu. aure. z per Bar. in. l.
i. C. de sūma tri. z doc. in. c. per venerabilem extra qui filij
sunt legiti. z plene in directorio iuris in titulo de filiis le
gitimis z illegiti. §. si. z per Bal. in. d. l. eā quā. **Q**ue
ro an filius legitimus natus ex no legitimo succedat i feu
do aui. Jo. an. in. c. latoz extra qui filij sunt legitimi. tran
sit sicut muscipula super prunas. tñ cōcludit qz si istud. c.
esset constitū. imperialis non succederet nepos: qz exclu
ditur auctoz suus. l. pater si esset particularis cōsuetu. in
loco consuetudinis excluderetur nepos non alibi. Cū er
go iste consuetudines vt dixi in preludijs faciant ius ge
neraliter vt cōsuetudines generales feudoz z iste tex. sit
inter p⁹uetudines feudales ergo faciet ius quo ad oēs z
sic nepos non succedit de quo per Bar. ff. de liber. z po
stbu. l. gallus. §. quidez recte. z. §. quid si is. z in Spec. de
succes. ab intesta. §. i. z ibi Jo. an. z Bal. in. l. si qz incest.
C. de incest. nup.

S minor. Si minori. xiii. annis de
tur feudū non cogit facere
fidelitatem z nihilominus z feudū. h. d. vsqz ad
c. ticius. **Q**uot. speciale in minore. xiii. annis. vt non co
gatur iurare fidelitatem nisi donec puenerit ad maiore eta
tem z sit doli capax per tex. ibi capax doli si no iurat non
cadit. Idē intellige si no petierit renouationē inuestiture
a successore dñi defuncti quā pubes maior facere tenetur
vt in. d. c. ij. §. in prin. pbatur. i. in ti. se. z t3 Bal. in. l. i. ff.
de verb. ob. l3 in p⁹rium facit. l. ij. cū ibi not. C. si aduersus
delic. z quod no. Bal. in autē. si captiu. C. de epi. z cler.
in. l. minoribus. C. de his quibus vt indig. l3 minor no pe
tierit tutore filio tñ etiam factus maior no tenetur pete
re z pot dicit qz spale est in isto casu qz feudi substantia prin
cipaliter in fidelitate p⁹sistit: ideo quāto citius pot maior
factus illā fidelitatem prestare tenet. **Q**uot. casum in q
quis retinet feudū l3 iuramentum fidelitatis non prestat z fi
delitatem facere recuset z hoc est fauore etatis: regulari
ter aut contra vt. §. per quos fiat inuestitura. c. nulla tñ s3
Bal. bic. l3 quo ad penā priuationis non tenetur seruire
tñ quo ad cōpulsionem poterit ab eo exigī seruicium z ip
se ad id compellet non expectata pubertate z seruiet per
substitutū vt videbimus. i. eo. c. primo. **Q**uero ab ex
tra quid si iste pupillus erat doli capax an tunc iurabit z
dixit An. qz sic per. l. si. §. si. ff. d⁹ lib. cā. Alua. dicit qz isto ca
su si no petierit inuestiturā. i. debitū tps qz non caderet a
feudo per beneficiū huius tex. nā ex cōsuetudine feudoz
ita cautū est vt hic: vnde no debem⁹ venire ad determina
tionē legis cōis vt de feu. cog. c. i. ad qd facit qd no. glo.
ij. j. de pace iura. fir. tenē. §. itē sacra. z qd ibi dixi. **Q**ue
ro an minor. xiii. an. admittatur volēs ad iurādum z di
xit idē An. qz no per. l. videamus in pri. ff. de in litē iurā.
Alua. t3 p⁹ istū tex. qui. dixit no cogitur z pbat. j. i. c.
px. z ibi aliquid dicā. Itz qz istud tale iuramentum ē vo
luntariū in qz pupilli volētes admittuntur. l. qui iurasse. ff.
de iureiu. l3 in. d. l. videamus loquimur de necessario seu
iudiciali in doli capace credere pcedere opi. Alua. vt pos
sit si velit iurare in eo qui no est doli capax: credere no ad
mittēdum qz iuramentum dz h⁹re comites de quibus in. c.
z si xps de iure iurā. In autē. qd d⁹ per glo. C. de nup. z i
ter eos cōites est discretio que no cadit in tali. c. ij. de de
licis pueroz ideo no admittēti. ad iurandū si vellent. z ita
pcedit dictū An. z ideo et multo magis in infante fateoz
qz volēs no admittēti qz iuramentum desiderat verba
vt in autē. de manda. prin. §. sed neqz. que verba non pot
infans. pferre. l. i. in prin. ff. de ob. obl. facit tex. in. d. c. i.
§. quo tpe miles z quod dicam in. d. §. sacramenta. z pre
dicta declara. fm ea que dixi. §. per quos fiat inuestit. in
§. persona in pe. q. **Q**uot. glo. que incipit sed d⁹ hoc mino
re ad fi. no. istam glo. que intelligit istum tex. non d⁹ mino
re. xxx. annis. sed minore. xiii.

Siquis decefferit. Si quis vasallus i quez pernenerit feudum per successione[m] sit impubes no[n] tenetur fidelitatem facere neq[ue] seruicijz personale prestare. si ta men quisqua[m] pro eo dictum seruicium facere voluerit ad mittetur hoc dicit. Et continuatur ad. c. s. proximam quia ibi declarauit quid iuris in feudo nouo: hic vero de terminat in feudo paterno z antiquo. Et p[er] euidencia p[re] mitte q[uo]d inter d[omi]n[u]m vasallus pro feudo q[uo]d a d[omi]no recognoscit ad p[re]statione[m] seruiciorum tenetur vt. j. de capi. qui. cu. v[er]o. c. i. que seruicia q[ui]q[ue] sunt realia q[ui]q[ue] sunt in dando aliquid d[omi]no puta decem oi[us] ano: q[ui]q[ue] p[er]sonalia q[ui]q[ue] sunt i[n] facie[n]do pu ta ire ad p[re]s[en]t[em] vel ad ex[er]citu[m] cu[m] d[omi]no vt dixi in. c. cu[m] o[mn]i. s. eo. de hoc tali seruicio p[er]sonali loquit iste tex. **C**aso. casu i quo vas. no[n] co[m]pellit iurare fidelitate[m] neq[ue] p[er] se neq[ue] p[er] ali um q[ui] pupillus succedit i feudo paterno vt hic z hoc col ligit et glo. hic posita i suo prin. q[uo]d p[er] h[ab]et expedita vsq[ue] ad ver. si t[ame]n zc. z adde r[ati]o[n]em q[uo]d hoc opatur pupillaris etas na regulariter i d[omi]n[u]m vt dixi. s. i. c. pri. in nota. **C**aso. q[uo]d pupill[us] q[ui] n[on] tenet iuraf[er] fidelitate[m] t[ame]n volens admittit naz ali bi pluries hoc accidit q[uo]d q[uo]d no[n] co[m]pellit velens admittit vt no. p. glo. in. l. i. ff. de seru. z hoc colligit et gl. nostra i. d. ver. si t[ame]n vsq[ue] ad ver. istud at zc. q[uo]d notabile postea itera to recapitulani i ver. z nobis q[uo]d p[er] hoc i dictis p[ar]tib[us] rema net expedita. **C**aso. ibi relinquit. n. v[er]u[m] vas. possit serui re p[er] substitutu[m] distigue fm Ja. de bel. aut vasallus est mi nor aut maior. p[ri]o casu pot[est] seruire p[er] substitutum sed si n[on] seruit non tam[en] perdit feudum. secundo casu aut seruicia est tale quod pot[est] per alium impleri aut non. Si non pot[est] per alium expediti puta quia coheret persone t[ame]n no[n] potest seruire per substitutum. l. i. s. ne autem. C. de cadu cis tollen. Si autem potest per aliu[m] impleri. Aut e[st] inha bilis fm naturam feudi a p[ri]ncipi. z ex post facto sicut est fe mina z tunc no[n] seruit per substitutum quia a p[ri]ncipio ex cluditur a successione. c. i. s. hoc autem notanduz. s. qui. feu. da. pos. Aut est inhabilis ex post facto tunc potest ali um seruire eque bonum z domino acceptabilem. c. i. s. fir miter. j. de probi. feu. alie. p[er] se. intelligas t[ame]n p[re]dicta ve ra fm Bal. h[ab]et nisi d[omi]n[u]s expresse dixisset i[n] i[n]uestitura q[uo]d p[er] se seruire tunc non posset per substitutum d[omi]no inuito. l. si ita fuerit seruus. ff. de manumif. test. facit glo. singularis in cle. i. de vita z honest. clericorum. z q[uo]d no. maxime per Bal. z Panoz. in. c. si. de offi. deleg. z tenet Bal. z pro batur i. l. i. s. ne at. C. de cadu. tol. de quo ibi plene p[er] doc. Si t[ame]n isto casu vasallus ad seruiendum non esset habilis adha putarem q[uo]d posset seruire p[er] substitu. p. l. quisquis z. l. ad similitudine[m]. C. de epis. et cle. z e[st] de me[n]te Andree de iser. z ex mente bal. h[ab]et possumus et dicere q[uo]d ex qualita te seruicij vt acta q[uo]d p[er] seip[s]u[m] fiat n[on] p[er] substitutu[m]. sicut vide mus q[uo]d capitaneatus z magna officia no[n] possunt exerce[re] per substitutum nisi in casu necessitatis. s. prohibemus in aut[em]. d. colla. faciunt no. i. d. s. si. de offi. deleg. z facit q[uo]d vo luit Jo. and. in addit. ad Spec. in rubri. de feudis ver. lxxxiij. vbi dicit q[uo]d iusta subsistente causa vel impedimen to in persona sua vasallus pot[est] seruire per substitutum ali as non. l. nullus. ff. de decurio. l. inter. ff. de solu. Sed t[ame]n dicit notabiliter q[uo]d si seruicia co[n]sisteret in p[re]statione pe cunie quodlibet soluente liberatus esset. l. stichum. s. si. ff. de statuliberis sp[irit]u bal. vel verius Bald. habuit suum q[uo]d ex qualitate seruicij iduceat an possit vas. p[er] aliu[m] seruire. Jo si dignitas esset aucta ipsi vasallo ita q[uo]d no[n] esset decem digni. sue p[re]stare seruicia debita cu[m] sua p[er]so[n]a: q[uo]d poterit ea prestare per substitutu[m]. l. inter d[omi]n[u]m. ff. de operis liber. Idez si alia necessaria ca[us]a per qua[m] vasallus cum sua persona no[n] pot[est] seruire. l. filius. s. si. cu[m]. l. se. ff. de procur. fm p[re]dictum And. z t[ame]n et Ja. ardiso. in summa in ti. qui. mo. feu. am. sub rubicella excusat si dignitas. z in plurimis rubicellis ibi p[ri]mis. Ita h[ab]et Alua. Et no. gl. q[uo]d h[ab]et more[m] o[mn]i[u]m curiaru[m] mi nores faciunt seruicij p[er] alios. Et no. q[uo]d si dignitas acce scit vasallo post susceptu[m] feudu[m] vt si fiat baro comes t[ame]n

o feudo seruiet per substitutum. l. inter d[omi]n[u]m. ff. de operis li ber. z. l. eius artificij co. titu. vbi p[er] dignitate[m] zc. Et excu sator vasallus si d[omi]n[u]s petat seruicium q[uo]d non pot[est] facere si ne dedecore fm And. z illicitum petatum ex conuentione vel impositione co[m]mutabitur ad aliud licitu[m] z eius hono rem. l. legatum. ff. de vsufr. lega. z. l. liberto. s. lucius de annuis lega. d[omi]modo non sit onerosa indebite vasallo s[ed] fiat arbitrio boni viri z no. d. s. p[re]terea. naz d[omi]n[u]s granaf in hoc q[uo]d conuentu[m] seruicij no[n] pot[est] habere cum sit inde ces vasallus releuabit eum in hoc vt ipse eligat co[m]muta tionem equa[m] pro dicto modo. ar. l. cu[m] qui. ff. de reg. iuris. Unde si vnus rex liber ab alio rege libero feuduz teneat vel accipiat quicquid co[n]ueniat de seruicio. fiet illud serui tium q[uo]d co[n]ueniet dignitati vtriusq[ue] sicut post acceptu[m] feu du puenisset ad hanc dignitate[m] z mutabitur in aliud serui tium eiusde[m] generis q[uo]d deceat statu[m] vtriusq[ue] : arg. l. si is cui ff. de serui. P[re]terea rex ifendas si dixerit regi ifendato volo q[uo]d mecu[m] moreris i ex[er]citu meo co[n]siliado z alia faci endo: certe no[n] tenebit. q[ui] sec[u] morado i ex[er]citu laberec dignitas regia vasalli. eode[m] mo do si d[omi]n[u]s diceret vasallo mi liti q[uo]d seruiat pedes vel portet onera propterea seruiet p[er] substitutum: Etia no. fm. d. Adar. z dicit se vidisse ab ori ginali Bal. circa si. huius opis id q[uo]d co[n]ter non habet q[uo]d si vasallus perdat feudu[m] p[er] fellonia[m] sua[m] z d[omi]n[u]s acceptat n[on] tenet ammodo vasallus ad fidelitate[m]. c. i. s. de milite vas. qui. ar. bellica deposuit. z ca. i. de va. q. co[n]tra co[n]sti. lotha. Si at no[n] est fellonia s[ed] negligentia ex qua obliget vas. vt ga passus est p[er] sua negligentia auferri possessione[m] castri feudalis non liberatur a fidelitate. q[uo]d regula est q[uo]d vasal lus no[n] d[omi]n[u]s ex sua negligentia liberari vt no. in. c. i. s. quo te po. miles inuesti. p[er]tere debeat.

Causus. Casus. Feudu[m] antiquum licite alie natum per vasallum potest co[m] mo tuo si non reliquit filios recuperari per eius pro ximozem agnatum etiam nullo p[re]cio restituto. Si vero reliquit filios tunc per dictos filios non consentientes alienationi poterit reuocari dummodo p[re]cium restituat acquirenti: nec est opus isto casu ex[er]pectare mortem alie nantis. hoc dicit. **E**t p[re]mitte p[ro] euidencia q[uo]d istud. c. totum intelligitur in feudo antiquo. nam in feudo nouo non potest intelligi quoniam tale feudum alienatum licite no[n] potest reuocari. nec per filios neq[ue] per agnatos alie nantis vt dixi. j. de alie. feud. pa. in p[ri]nci. in vltima que stione. Item p[re]mitte q[uo]d vasallus intelligitur alienare feu dum licite quando adest consensus domini vt. j. de phi ben. feu. alienan. per lotha. in. c. i. in fi. z de prohiben. feu di. alien. per Federi. in ca. in p[ri]nci. Item p[re]mitte q[uo]d si vasallus alienat feudum licite non p[re]iudicat filiis vasal li neq[ue] agnatis qui dicte alienationi non consenserunt vt j. de alienan. feu. pater in. c. i. in p[ri]nci. z dixi que fuit p[ri]nci. causa bene. amit. s. si. differunt tamen filii a ceteris recu perado in duobus: z p[ri]mo quia filii possunt recuperare feudum ali natuz z in vita z post morte[m] alienantis: agna ti solum post morte[m]. Secundo q[uo]d filii non possunt reuoca re nisi restituant p[re]cium sed agnati reuocant absq[ue] p[re]ci restituitone z hoc induit iste tex. de nouo z ratiōe diuer sitatis infra dicā. **I**tem p[re]mitte q[uo]d istud. c. intelligit q[ui] alienatio fuit facta licite. s. cum consensu domini: quādo autē fuisset facta no[n] legitime reuocaretur indistincte feu dum alienatum e[st] p[er] agnatos i vita alienatis q[uo]d t[ame]n habe ret locu[m]. c. i. j. an agna. vel filius agna. Ja. t[ame]n d[omi]n[u]m. itelle rit istud. c. vt loquat[ur] de alienatiōe illicita z no. bene. vt. j. patebit. Item p[re]mitte q[uo]d expresse co[n]sentiens alienatiōi p[ri]ma tur iure reuocadi idē si tacite q[ui] scienter patitur ex[er]tozem possidere p[er] annu[m] vt. s. si de inuestitura inter do. z vas. lis oria. c. ii. in fi. z in isto tex. i fi. quoniam annale silentium h[ab]et vim refutationis vt. s. dixi qualiter olim feu. alien. po. s. pe. q[uo]d q[ui]liter itelligat. j. dicā. Item p[re]mitte q[uo]d h[ab]et sit. phibita feudi alienatio t[ame]n inter agnatos ad quos dictu[m] feudu[m] e[st] re uersurum e[st] p[er]missa vt in. d. ti. de alie. feu. pa. c. i. s. o respō

so. subsequenter scias q̄ And. de iser. timore iuris non v̄z
J. de p̄bi. feu. alie. p̄ lotba. z de p̄bi. feu. alie. p̄ se. itel-
lerit istud. c. procedere de iure antiquo de quo. s. qualiter
olim feu. alie. po. s. z si clientulus cū ibi no. quo iure vas.
poterit alienare vsq̄ ad medietatē et absq̄ dñi voluntate
q̄d hodie correctum est per dictas. l. lotharū z federici vl-
timo et dicit ipse q̄ p̄t intelligi z exemplificari ille ter. i va-
sallo infundante feudū suū alteri: q̄d et hodie licitum ē vt
in. d. s. qualiter oli feu. alie. pote. z in. s. at si libellario. q.
mo. feu. amit. m̄ at exemplifica i alienate vt. sonat littera z
q̄ dicta alienatio fuit facta licite videlicet cū cōsensu dñi
z mediate p̄cio que alienatio tñ nō h̄z p̄iudicare filiis et
ceteris agnatis ad quos feudum erat reuersurū quoniam
feudū erat antiquū vt. s. dicit z hoc mō nō obstat p̄traria
Dñs at Bal. bene exemplificauit i alienate s̄z itellerit simi-
liter istū ter. vt habeat respectū ad ius antiquū dices q̄ ti-
cius p̄cio alienauit p̄tem dimidiā seio z istud poterat face-
re de iure vt i. d. s. porro z i. d. c. si clientulus. postea aliena-
uit aliā dimidiā agnato remotiori z sup̄ hac pte oriebat
dubiu an potuisset alienari. z dicit q̄ sic cū hac distinctōe
q̄ aut vasallus alienas nō h̄z filios z tñc primior agnat⁹
reuocat demum vasallo mortuo nullo p̄cio restituito: aut
vasallus alienas h̄z filios z tunc primior agnatus statim
reuocat: tenet tñ p̄ciu restituere z iste ē intellect⁹ Bal. sed
iste intellect⁹ quāq̄ i se possit esse verus: tñ nō congruit lit-
tere vt hic i fi. i qua expresse p̄z q̄ filius alienatis erat ille
q̄ reuocabat z sic p̄dicta sua distinctio non bñ adaptat ad
ter. Ande itelligo q̄ i p̄ria pte vas. alienas nō habebat fi-
lios quo casu primior agnat⁹ poterat reuocare nedū p̄tē
alienatā seio extrāeo z de hac pte ter. nullā facit dubita-
tionē s̄z et p̄t reuocare aliā p̄tē alienatā agnato possiden-
ti. z sup̄ hac pte exorta fuit dubitatio an possit reuocari nā
videbat q̄ nō q̄ alēatio erat scā i agnatū s̄z tñ dterminat
i cōtrariū q̄ nō erat primior ille possidēs i que erat facta
alienatio merito p̄ primiorē i que dictū feudū erat reuer-
surū p̄t reuocari p̄bat. j. de alie. feu. pa. i p̄ri. nec primior
tenet restituere. p̄ciu vt hic i p̄ria pte. Postea subiicit
i scda pte q̄ si alienas relinqt filios tñc ipsi filii reuocabūt
et icōtinētī dñm restituā p̄ciu. istū puto eē intellectū hui⁹
c. C. No. ter. ibi cōcessit q̄ p̄ verbū cōcedo p̄cedēte titulo
ius trāsserit tale q̄le titulus ip̄ortat secus si deficiat titulus
s̄ltē tacit⁹. l. luci⁹ z. l. pe. ibi no. ff. de dona. hētur i. l. cum
qd. ff. si cer. pe. C. No. ex isto ter. fm̄ glo. i. hic positā i p̄n.
sui casuz notabile q̄ vbi vas. alienator habeat filios q̄ et
eo viuēte reuocabit alienatio ei⁹ s̄z si nō h̄z filios reuoca-
bit eo mortuo. q̄ sit rō diuersitatis glo. ista non assignat
s̄z reliaq̄ nobis iuestigādū tñ assignat rōnez And. de iser.
q̄ istud feudū erat autū z antecessorum ip̄ozū filioz sic
ipsis filiis debebat ex pacto z p̄uisione ip̄ozū. vnde ipse fi-
lius et viuente patre erat quasi dñs. ff. de libe. z post. l. in
suis z isti. de here. quali. z disse. s. sui. z ex hoc cū pater ab-
dicauerit a se ius suū i aliū trāsserēdo q̄d potuit. l. qui ta-
bernas. ff. de cōtrabē. emp. admittit filius icōtinētī nec
p̄sona patris sui ad huc viuētis h̄z sibi obstarē cū viuēte
eo dñs censebat iō q̄ ipse emptor grauāt i hoc vt icōtinētī
restituāt alleuiat in alio. s. vt rehabeat p̄ciu suū ar. ff. de
iureiurā. l. eū qui. sed q̄ ipse vasallus alienator nō habet
filios sed solū agnatos tunc dicti agnati nō admittunt ad
reuocandū incontinenti quia nō itelligunt dñi ip̄o alie-
nante viuente z sic reuocabunt solū post mortē. Sed quia
in h̄ grauantur expectando mortē alienatis alienat i alio
q̄ reuocat absq̄ p̄ciu restitutiōe. Interim at donec viuēt
alienator emptor lucrabit fructus. Et dicit Bald. q̄d si
scā alienatōe nō viuēt ipse vasallus nisi p̄ vnū diē nihil
ominus agnatus primior reuocabit ab ēptore absq̄ p̄tiu
restituēte neq̄ v̄ hoc absurdū q̄ potuisset etiā accidere
q̄ v̄tisset alienator longissimo tpe in dānuz ipsius agnati
ar. l. sancimus. s. si. C. de donatio. C. No. ex isto ter. q̄ q̄
consensit vasallo alienanti ius suū nō potest postea illud
tāq̄ ad se spectās velle redimere. Et ad hoc glo. allega-

uit plures concor. vsq̄ ad ver. alibi. d̄ quo dic vt dixi ple-
ne in. s. p̄terea. s. qui. mo. feu. ami. Et itelligas sine iste
z sensus sit tacitus sine expressus put dicit gl. ii. h̄ posita q̄
p̄ hoc ē expedita. C. No. fm̄ eandē gl. i. d. ver. alibi q̄ ad
hoc vt primior agnatus succedat i feudo alienato ispici-
tur mors alienatis de quo plene no. s. de succe. feud. c. i.
Nā vno alienante possidebit acceptor ar. ff. de iure fisci
l. stacius floruz. s. si. postea resolutio iure datoris resolut⁹
ius acceptoris vt no. in. d. s. z si clientulus. C. No. p̄ pre-
scriptionez annalez iduci cōsensuz vt h̄ in fi. z. s. si de iue-
sti. iter do. z vas. lis oriat i. d. c. i. Ergo agnatos multū
eē sagaces fm̄ Bal. ne patiāt labi tps anni aliogn p̄ silen-
tiū cōfirmabit cōtract⁹ sic. C. de his. q̄ a nō dño manu. l.
fi. z. s. q̄liter oli feu. alie. pote. s. pe. z itellige p̄dicta q̄ sit
reuocatio ab alio agnato i que est scā alienatio. secus at si
fieret ab extrāeo. vt. j. dicit. Jō p̄ istū ter. quem ad hoc co-
mēdat p̄m̄ consuluit Ludo. cōsi. lxx. incipit in xpi viso the-
mate. q̄ agnati q̄ finita emphyteosi vel feudo p̄ generatio-
nez finitam possunt petere a dño nouari emphyteosim
vel feudū in eis p̄ no. p̄ Bart. o. l. i. s. p̄mittit. s. de aqua
quoti. z estua habēt tps āni ad hoc petēdū q̄ si āno non
petierit a tali beneficio ip̄ozado officii iudicis sūt exclusi.
C. Quero vtrū termin⁹ āni iudicat istū tacitū consensum
dicit Bald. q̄ sic q̄ itra tale tps d̄z peti iuestitura vt. s. q̄
fuit p̄ri. cā bñ. ami. i p̄ri. C. Oppo. cū gl. i. s. q̄d est. q̄
imo feuduz alienatū nō reuocet p̄ filios vel agnatos va-
falli. s̄z reuertit d̄z ad dñm. put ē casus. s. q̄ fuit p̄ri. cā bñ.
ami. i fi. cui⁹ cōtrariū h̄ d̄. So. h̄ loq̄mur q̄ vas. alienat
feudū antiquū licite cū cōsensu dñi quo casu et fili⁹ nō ex-
cludit. Jbi at loq̄mur quādo alienauit illicite. i. sine licen-
tia dñi quo casu reuertit a dominū q̄ d̄ ip̄sum cōtinere
vtrū isto casu filii excludat z vtrū agnati p̄ferēt filius z h̄
at locū i feudo antiquo glo. remittit se ad no. j. si vas. feu.
p̄riue. Et hoc voluit ista gl. vsq̄ ad fi. s̄z aduerte q̄ Ja.
de bel. itelligit istū ter. q̄ alienatio fuit scā non legitie quo
casu dicit h̄ eē casum singularē z nō alibi i toto isto libro
v̄z q̄ si vas. alieat feudū nō legitie q̄ filii nō succedūt sed
agnati primioris gradus. Postremo quātū ad p̄trariū
s̄. formatū p̄ gl. de. d. s. si. s. q̄ fuit p̄ri. cā. bene. ami. vide
ibi i scdo mēbro principali. C. Op. cū glo. si. q̄ imo filius
vel primior reuocās feudū alienatū p̄ vasallū nō excludit
tur āno. s̄z imo regunt anni triginta ad tollēdū ius suum
i reuocando. l. sicut. C. de p̄scrip. xxx. ānoz. z i autē. ma-
le fidei. C. de p̄scri. lō tpe. So. dicit glo. itellige istū ter. so-
lū respectu illi⁹ ptis alienate agnato possidēti ad que tale
feudū erat recasurū nisi fuisset exclusus p̄ reuocantē agna-
tū primiorē q̄ ipsuz p̄cedebat i aliquo gradu. vñ ip̄a agna-
tio primitas ip̄i⁹ possidētis z sciētia primioris agnati re-
uocare volētis cōiuncta cū isto trāscursu opant istud v̄z q̄
iste primior videatur tacite consentire in alienatiōe scā
agnato suo vt sic elapso anno a tpe sciētie dubitando nō
audiat v̄teri⁹ ad reuocandū P̄au. consi. clvii. incipit in
xpi. q̄d ista i. i. z. iii. col. vbi vero alienatio est scā i extra-
neū q̄ nō est agnatus nō excludunt anno. s̄z erigerēt āni
xxx. vt i contrario. Et hoc voluit tota ista glo. vsq̄ ad fi. q̄
notabiliter limitant istū ter. z tenet p̄ And. de iser. Bal.
z doc. q̄muniter. Ande referas p̄dicta ad vtrāq̄ par-
tem huius. c. siue sit agnatus qui reuocare velit vt in pri-
ma parte: siue filius vt in secunda z ita tenet And. de iser.
C. Oppo. ab extra contra istum ter. in eo q̄ filius est de-
terioris conditionis q̄ agnatus in reuocando cū filius
restituāt precium: agnati nō. z tamē i materia feudali me-
lior est conditio filioz vt. s. de gradi. succe. in feud. in
p̄inci. Solu. ibi loquimur quando p̄uenitur ad feudū
p̄ mortem z successionem hic vero quando p̄ alienatiōe
P̄terea filius in isto casu q̄ in ea pte v̄ esse deterio-
ris z ditōis tñ reuenat i alio: q̄ reuocat icōtinētī vbi agna-
tus nō reuocat nisi solū mortuo alienate vt. s. dicit de qua
mā. j. si vas. feu. p̄riue. c. i. C. Oppo. d. s. sed z res. s. per
quos fiat inuesti. Solu. vt ibi dicit z. s. qualiter olim feu.

alie. po. §. porro vbi dicitur probari qd etia post mortem non possit recuperari absq. precio. sed intellige qd hic dicitur. **¶** Quero ab extra quid si pater alieat illicite feudum et filius ei succedat cum beneficio inventarii et nihil ad eum perveniat de bonis: quia nihil superest: an isto casu filius admittatur ad feudum exclusis agnatis. **¶** Et dicit **Ja. de bel. q. sic de equitate p. §. i. cōputatiōe z. l. cū a matre de rei vendi. l. 3. de rigore videretur contra p. tertuz. j. an agnatus vel filius. idē dicit ipse si pater alienans nihil relinquat in bonis qd filius pōt vendicare feudū exclusis agnatis et iste ter. d. intelligi qd aliqd de bonis hereditatis patris puenit et puenire pōt ad filiū: sed qd nihil puenit nec puenire pōt tunc credit ipse qd filiū possit recuperare feudū et pferat agnato. **¶** Quero quid si tpe alienationis iste titius nō habebat filios sed postea ad aliquod tps suscepit filios vtrū isti filii poterunt reuocare fm formā hic traditā in secunda parte et puto qd sic per istū ter. et facit qd no. s. de succes. feu. §. hoc quoq. j. de alie. feu. pater. in prin. **¶** Pro cōplemento et declaratione materie quero de pluribus et primo: an vasallus possit alienare feudum antiquū quo ad p̄iudiciū agnatorū primozū i extra neū sine agnatū nō primozū sed remotū nō succedēt in feudo. p̄ decisōe dicēdū putari vasallū nō potuisse facere alienationē in dictū extraneū in p̄iudiciū agnatorū vt est casus i hoc. c. ticius i prin. et gl. que incipit remouere hic et **Ja.** qui dicit qd ad extraneū i quo p̄te erat facta alienatio i casu. c. nostri res est idubitata cū agnatū illam p̄te poterit reuocare. c. i. §. porro qualiter olim feu. alie. po. et no. i. c. i. gl. magna d. alie. feu. pater. et i. c. i. §. sed et res p̄ quos fiat iuesti. et vtrolibet est rō manifestissima qd ius alteri q̄sitū sine ei' scō tolli nō pōt. l. si arrogator. ff. d. adoptio. h. primozū agnato est q̄sitū ius i feudo paterno et antiquo. c. i. §. hoc quoq. notandū. s. q. feu. da. pos. z. c. i. §. i. s. de gradū. succe. i feu. ergo nō pōt tolli ius q̄situm sine scō eozū. **¶** Amplius papa vel imperator n̄ possit feudū conventionale sine cā auferre fm **Bal.** in. c. i. s. de natura feu. et in. l. qui se patris ver. id scias i. ri. col. C. vñ liberi. et p̄dicta sunt vera in feudo paterno et antiquo h. in feudo nouo nō requiritur cōsensus agnatorū h. solius dñi. c. i. d. fratri. de nouo bñ. iuesti. p̄pterea ingt **Ja. q. c. n̄m nō hz locū i feudo nouo.** Et no. q. dñs feudi nō p̄t facere gratiā i p̄iudiciū agnatorū fm. **¶** **And. i. c. i. si vas. feu. p̄t ue. ex p̄dictis p̄t alienationē factā i extraneū nō valere in p̄iudiciū agnatorū nō cōsententiū.** **¶** Et fm dubium occurrit supposito qd alienetur agnatis respectu stipitis an dicitur facta alienatio in extraneū cū sit vltra primū gradū ex linea trāsuerfali agnatorū p̄ cuius decisōe p̄mittēdū agnationē in materia feudali aliter cōsiderari in iure cōsuetudinario feudozū aliter at i iure ciuili: qd agnati sunt p̄ virilis sexus p̄sonas cōiuncti cognatione quasi a patre cognati vti frater eo tpe natus filii fratris nepos et eo et similes vt p̄bat i. l. iuris cōsul. §. i. ff. de gradibus et insti. de legi. agna. tu. In feudis at nō tā curat agnatio q̄ genus paternū. c. i. de succes. feu. z. c. i. de gradū succes. i feu. et iō notabiliter ait **Bal.** i autē. i successiōe i secunda col. C. d. suis et legi. qd p̄ emancipationē i mā cōsuetudinaria feudi n̄ tollit iura agnatiōis vñ i feudis noie agnatiōis significat pot' gen' qd q̄litas qd genus agnatiōis quoad ius succedēdi i trāsuerfali' an sit restrictū vsq. ad septimum gradū i feudo dñi plene i. c. i. §. hoc quoq. notādū. s. q. feu. da. pos. **¶** Itē q̄rit qd p̄ciū sit numerādū ab agnatis an vero possit sine p̄cio auocari feudū p̄cio alienaturū distingue et mēte **Ja. i. c. i. p̄ quos fiat iuestitura aut agnatus reuocat vasallo alienate mortuo aut eo sup̄stite et si sup̄stite eo aut hz vasallus alienas filios aut nō. p̄cio cāu qd reuocat agn at' vasallo mortuo aut succedit agnatus tm i feudo et nō i aliis bōis deō alienati et n̄ cogit reuocari p̄ciū vt i hoc. c. qd ita declarat **Ja.** aut agnat' et i aliis bonis succedit vasallo alienati et tūc bōe fidei p̄ptori redde re d. p̄ciū vt. c. i. p̄ quos fiat iuestitura h. male fidei p̄pto****

ri si tenet qd sciebat vasallū si posse alieare i p̄iudiciū agnatorū nisi sit stipulat' vel pact' de euictōe siue d. p̄cio. c. i. de iuesti. de re alie. fac. **¶** Secūdo vero casu p̄cipali qd co alienante sup̄stite reuocat agnatus si alienas nō hz filios nō tenet agnatus reddere p̄ciū vt hoc casu. c. in prin. Si vero vasallus alienas hz filios cogit reddere p̄ciū emptori vt in hoc ver. qd si ticius. et pōt esse rō diuersitatis qd filius de iure cōi d. p̄ferri agnato vt hic l. 3 nō succedat cuz p̄ferat agnato. certe ē cā vt reddat p̄ciū hoc. c. cum itaq. i casu nostro p̄ponam' p̄ptozē fuisse bonefidei certe p̄ciū erit restituēdū: secus si male fidei emptor eēt. **¶** Circa aliud dubiū quo q̄rit an statiz possit auocari feudū alienatū an vero dūtarat mortuo p̄io alienatore dñi statiz agnati nō cōsentientē alienatiōi posse reuocare hodie cū illicita fuerit alienatio fm **Ja. i. c. i. de succes. feu. qd hodie n̄ expectata morte fratris alienatis debite agnat' reuocat alienationē: quoniam qd alienatio est facta p̄suetudie refragante tūc feudū alienatū i vita alienatis p̄t reuocare: secus si cōsuetudie approbate sit scā alienatio: qd tūc post mortē alienatis tm reuocat. d. c. i. de succ. feu. nā hodie alieatio ē p̄hibita realr. c. i. j. de p̄bi. feu. alie. p̄ Fe. nisi i aliquibus casib' puta si vas. det i feudū hz plene no. p̄ gl. approbatā i. c. i. §. p̄terea de capi. cora. i gl. ma. Et p̄ p̄dictis facit qd no. **¶** **And. d. iser. i. c. i. §. rursus. s. q. mo. feu. ami. et p̄ Bal. i. c. i. de succ. feu. P̄derādū ē qd qd vas. dat alii i feudū i feudatio feudi v. i vita i feudatis tm vt agnati vel dñs n̄ possint reuocare. h. post mortē ei' agnati primozes reuocāt qd feudū est p̄nū siue antiquū h. qd no. **¶** **And. i. c. i. s. p̄ quos facit iuesti.** **¶** Circa aliud dubiū an cōsensus isto rū p̄iozū agnatorū qd p̄ferūt alienatiōi noceat eozū filiis ita vt nō possint ad feudū venire pp alienationē paternā et admittat alii agnati trāsuerfales: an p̄o dñs feudi. **¶** Et dicite duos articulos assumēdos vn' an i alienatōe se. an tig et p̄m p̄ferat dñs an p̄o agnati. scōs ar. an fili' alienatis siue cōsentientis alienatiōi excludat a feudo. et agnat' rēo tior admittat. **¶** Circa primū rēdeo qd feudū antiquū est alienatū siue cōsensu dñi et agnatorū vñ agnatos p̄ferri. dñs si feudū ē paternū. c. i. §. porro. s. q̄lter oliz feu. alie. po. et est gl. ma. i. c. i. d. p̄bi. feu. alie. p̄ Fe. ver. q̄rit an hoc hz locū. posui i. c. i. §. si. s. q̄ fuit p̄ia cā bene. ami. in scōo mēbro p̄cipali. **¶** Ad aliud dubiū trāsgridiar an valeat alienatio feudi antiq siue paterni i agnatos remotioris gradus i p̄iudiciū agnatorū p̄iozis gradus qd nō cōsensus rūt p̄ cui' decisōe p̄mittēdū qd vbi nō hēmus regulas spāles i vsib' feu. seg debem' i dubio regulas iuris cōis. c. i. si. de feu. cogni. et ibi dñi. **¶** Scōo p̄mitto qd alienatio feudi ē p̄hibita nedū fauore dñozū. h. et agnatorū. c. i. d. p̄bi. feu. alie. **¶** Tertio p̄mitto neminē dispōere posse de iure tertii siue ei' cōsensu et si sit ius i Spe. dūmō sit spes iuridica. c. i. de succes. feu. cū si. hinc ē qd vasallus nō pōt cōmutare successozū edictū p̄ aliquā suā ordinationē i feudo c. i. s. de succē. feudi. **¶** Nā feuda semp respiciūt primūz si p̄tē et primū cōsensum dñi. c. i. de eo qd sibi et heredi. suis. **¶** Nā et p̄sona successozis variat ordinatione defuncti. l. emilius. ff. de dona. **¶** Itē p̄mitto qd i casib' p̄t fieri feudi alieatio sincerē et sine fraude gl. i verbo cōmerciū. i. c. i. d. p̄bi. feu. alie. p̄ loth. **¶** His sic p̄missis respōdeo ad q̄sitūz hoc modo. qd alienatio rei feudalis facta vni ex agnatis et nō cōsentiente dño respectu domini valet. qd in hoc nō decipit dñs nec fit cōtra naturā recti feudi cū feuda p̄grediat' i descendentēs et agnatos. c. i. §. hoc quoq. notādū. s. q. feu. da. pos. z. c. i. de gradū. succe. in feu. cū si. cū igit' intentio primi datoris legis p̄uidē. fuerit feudū puenire i infinitū ad descendentes ex p̄io vasallo: nō fit p̄tra legē dñi si vni ipsozū fiat alienatio feudi. **¶** Liq̄t igit' pulchra cōclusio qd i agnatos cuiuscūq. gradus p̄mittit alieatio quo ad dñm qd in hoc ipse nō offenditur. **¶** An at valeat alienatio rei feudalis in p̄iudiciū alienatis certe sic. qd si ē iuridica et ea obligat fm nām ipsius obligationis. **¶** Si aut non sit licita alienatio alienas perdit iura sua. c. i. §. alioquin d. vi****

in. feu. no. in. c. ex parte extra de feudis p Bart. in tit. q. mo. feu. amit. ver. sed si cū filia. Ex his appet q t3 alienatio respectu vasalli alienantis quo ad sui p̄iudiciū etiaz si sit alienatum in agnatum remotioris gradus. Ita potest intelligi. c. i. §. sed r̄ res. s. p quos fiat inesti. z. c. i. de alie. feu. paterni. ¶ Sed vidēdū est de p̄sona agnatorum nō consentientūz alienationi qui quidē sunt in anteriori gradu q̄ sit agnatus in quez scā fuerit alienatio feudi nō h̄ntis partē in gradu agnationis siue in ordine successionis. Et si est facta alienatio primiori in gradu qz statz debet succedere i feudo et tunc valet talis alienatio irrevocabiliter. que si non fuisset facta dicta alienatio certe mortuo alienatore vasallo ad eū tanquā primiorē i successione p̄veniet feudū. c. i. de succ. feu. z. c. i. §. alie. feu. pater. cū. si. Si vero alienatio fuerit facta agnato h̄nti aliuz sibi parē i gradu tunc non t3 alienatio efficaciter z irrevocabiliter nisi pro portione sua. qz mortuo alienatore reuocatur alienatio ab aliis paribus i gradu pro portionibus q̄ ad eos spectassent si dicta alienatio facta non fuisset: qz nemo p̄t disponere de iure tertii. c. i. de iusti. de re alie. fac. z facit qd̄ no. Bal. in. c. i. de alie. feu. pater. z in. c. i. p quos fiat i uestitura. vbi at̄ fieret alienatio nō primiori agnato aliis non consentientibus: primiore agnato non consentiente reuocari poterit. l3 interim alienatore viuente valeat. vt i. d. c. i. §. s3 z res. p quos fiat inesti. z i. c. i. §. z si clientulus de alie. feu. z ibi Bal. z And. z ita p̄t intelligi ter. in hoc c. nostro fm̄ Bal. ¶ Circa aliud dubiū an agnatus primior preferatur agnato sequenti vel extraneo in emendo: dic q̄ sic. d. §. sed r̄ res ibi glo. z Andr. z ita intelligit Ludo. hunc ter. i consilio. xxi. qd̄ incipit i r̄pi zc. proposita mihi questiōis i fi. col. p. l. cū ita i. §. i fideicō. ff. de lega. ii. Aduerte simpliciter q̄ si i aliqua patria sit cōsue. alienandi feudū agnatus h3 ius redimendi feudū vsqz ad annū a die scientie. z postea vbi agnatus nolit redimere potest dñs. z sic agnatus p̄fertur dño in redimēdo fm̄ gl. Ja. z Bal. in. c. i. §. porro. qualiter olim feu. alie. po. limitat ibi nisi agnatus consenserit vt in hoc. c. ¶ Circa vltimū dubiū: an feudū paternum siue antiquū poterit alienari siue dari isolutū in agnatos remotiores gradus consentientibus agnatis primi gradus in p̄iudiciū agnatorū secundū vel terti gradū sūme dubitarūt maiores nostri: Ita vt fiant cōsilia contraria nā collegiū mediolanē. tenuit alienationē feudi paterni sine p̄missu superioris posse fieri in agnatos remotiores gradus z ita cōsulerūt Bar. de sa liceto Kristo. de castel. p quibus ter. i. c. i. j. de alie. feu. pater. Scdo pbatur p. c. i. §. sed r̄ res p quos fiat inesti. ibi tibi vel primiori. Tertio adducit. c. i. §. z si clientulus s. de alie. feu. facit. l. pater. §. libertus. §. quid. ff. de lega. tertio. Quarto ad idē. l. femine. C. de secū. nup. vbi mater p̄hibita lucra potest assignare vni ex filiis Ultimo fac qz cessat cā prohibitionis alienationis ne vadat ad extraneos maxime erosos non sibi consortes. c. i. de alie. feu. pa. c. i. j. de capi. cora. cū si. cū in isto casu nostro non fiat i extraneos sed agnatos. ¶ Contrariū videt̄ posse dici i h̄ difficulti. ideo ar. i. adducendo auctoritates secundo rationes tertio respōdeo obiectis: nā i primis allego auctoritatē Jaco. in. c. i. j. de probi. feu. alie. p Fed. circa p̄i. in ver. querit nūquid vasallus hodie possit alienare agnatis: qui respōdet q̄ sic primiori qui sit successurus i feudo z non aliū: ergo si nō est immediate successurus in feudo cū sint alii primiores i gradu non valet alienatio. Idē t3 And. de iser. i. c. i. de successio. feu. qz successi o h3 locū de gradu i gradu. l. cū pater. §. libertus. ff. de lega. ii. Idē t3 Jo. de lignano i cle. i. de iure patr. q̄ ita cōsulerūt. Idem consulerūt collegiū bononiense. idē t3 Bal. i distinctione sua. c. i. §. de alien. feu. z ita fuit obtentū z p hac parte. d. Adart. dicit se consulerūt p qb̄ facit ter. c. nostri vbi alienatio ē p̄hibita in agnatū nō primiorē iō primior reuocat nam aduertēdū q̄ feudū sit inalienabile sine consensu domini. c. i. de p̄bi. feu. alie. p Fe. vbi at̄ cū volūtate dñi

alienetur z feudū sit paternū siue antiquū non v3 alienatio nisi iterueniat voluntas agnatorū primiorū. c. i. §. per quos fiat inesti. z. c. i. j. de alie. feu. pater. z sic p3 esse p̄bitā alienationē feudi siue i extraneū siue i agnatū non p̄rimiorē: hinc est q̄ si vasallus nō haberet nisi vnuz agnatum cui alienaret feudū valeret. alienatio cū non agatur de p̄iudicio dñi nec alterius agnati. Si vero h3 plures eque proximios z et alios remotiores z alienatio facta foret vni ex illis proximioribus intercedēte cōi cōsensu oīuz agnatorū eque cōiunctozū valet alienatio cū de p̄iudicio remotozū i gradu non agatur extantibus his p. c. i. p quos fiat inesti. cū si. Sed vbi fieret alienatio i agnatum remotioris gradus z non consentientibus agnatis precedentis gradus tunc non tenet alienatio i p̄iudiciū agnatorum non consentientium. c. i. de alie. feu. pa. qz nō valet alienatio nisi oibus agnatis consentientibus ad quos beneficium quicunqz sit reuersurum ar. l. de vnoquoqz d̄ re iudi. z. l. peto. §. si. ff. de lega. ii. z. d. c. i. de alie. feu. pa. nō ob. ar. de. c. i. ver. z l3 de cuius natura ē aduersari i facto z iure ad precedentia qd̄ non fieret si itelligerē q̄ d3 interuenire consensus oīum agnatorū qñ alienat agnato et remotioris gradus qz respondeo q̄ bene aduersat qm̄ si esset facta alienatio extraneo non consentientibus agnatis non valet ipso iure vt i prin. huius ter. sed facta alienatio vni ex agnatis remotioris gradus t3 a prin. d. ver. z licet subiacet resolutioni fm̄ glo. i. d. §. z si clientulus. inde surgunt magni effectus iuris qz prescriptio anni de quo i. c. i. §. porro. §. qualiter olim feu. alie. po. non currit quando alienatio est nulla ipso iure. c. i. i prima col. j. de p̄bi. feu. alie. secus i alienatione que a p̄iudicio t3 l3 resolubiliter vt hic. c. facit. c. i. §. p̄terea. j. de capi. cora. cū glo. Itē facit qz qñ ap̄ principio alienatio est nulla statim potest agi d. §. sed r̄ res z. c. i. ver. alioquin. s. de alie. feu. secus i alia qz mors alienatoris expectat fm̄ distinctionem. c. nostri. Itē alia differentia qz alienas illicite z inutiliter. i p̄i. non h3 necesse agere reuocatoria que datur ad r̄penduz. d. §. sed r̄ res secus si alienatio est licita sed reuocabiliter. c. i. §. qualiter olim feu. alie. po. non obstat. d. §. sed r̄ res qz facit p̄ ista parte nam fateor q̄ l3 possit alienare in agnatum remotioris gradus reuocabiliter tñ primior agnatus reuocabit: vel dic q̄ itelligitur qñ primior agnatus non vult reuocare z eodem modo ad. d. §. z si clientulus vel dic q̄ ibi ponit p̄ tota alienatione fm̄ Bal. ibi. nō obstant vltio alia ar. quia respondeo plura considerari circa feudum: vnuz prohibens alienationē rei feudalis que tñ est permessa iter agnatos. c. i. j. de alie. feu. p̄i. scd̄ ius feudozū iduceus reuocationez alienationis facte in agnatum ad proximiorē. d. c. i. §. sed r̄ res. tertium ius feudozum iducens resolutionem dicte alienatiōis post mortem alienantis i hoc dicitur i. d. §. z si clientulus z. s. quimo. feu. amit. i. §. si fuerit ex primo iure non fit reuocatio vt i contrariis allegatur. sed ex aliis duobus bene fit reuocatio: ratio quia si non potest vasallus testari in p̄iudiciū agnatorū. c. i. de successio. feu. ergo multo minus contrahere. l. seruum filii. §. cum qui cirographuz. ff. de lega. i. §. disponat in autē. de nuptiis.

Facta h. d. Facta de feudo abusive iuestitura cogitur dñs vasallum iduce re i possessionem nec liberatur prestando interesse hoc dicit. ¶ No. primo ex. c. si facta. q̄ si dñs concessit feudum z iuestituit non tamen tradidit realem possessionem: cogitur dominus precise mittere vasallum in possessionem nec liberatur prestādo interesse. Secus ergo si p̄misset tātum feudum z non iuestituit vasallum quia tunc non esset feudum constitutum z ideo liberaretur a constitutione feudi dādo interesse. l. si quis ab alio. §. si. ff. de re. iudi. fm̄ Andr. z probatur in ter. nostro ibi facta iuestitura quasi sentiat ter. noster a contrario si non sit facta iuestitura q̄ non precise compellatur. qd̄ no. ad decli

nationem hulus ter. **C** Et prima glo. nota tria. z primo q possessio que tradit per dñm vasallo dz esse vacua id est nō impedita nec occupata per aliū sed vacua ab omni impedimēto vt no. in. l. cū res. C. de pba. z. l. in pbationi nibus. C. de acquirē. pos. z probat i. l. ij. z. iij. C. de ac. em ptio. z qd no. in. c. ij. vt lite pendē. lib. vj. Scdo not. q fa cta inuestitura z presuto iuramēto fidelitatis possunt par tes per pactum z per contrarium consensum dissoluere. z a dicta obligatiōe vicissim liberare vt vasallus nō tenea tur ad fidelitatem: z dñs non teneatur ad dictā possessio nē tradenda: cū nihil sit tā naturale q vnūquodqz dis solui. z. l. nihil. ff. de regu. iur. Et qz fides inter eos ē hic inde seruanda z mutuo cōsensu tolli pōt vt. s. de for. fide. in fi. **T**ertio no. q si dñs facta inuestitura differat tra dere vasallo possessionē feudi q tenebitur prestare oēm vtilitatē hoc est omne illud q habuisset ipse vasallus si ab initio sibi fuisset tradita dicta possessio prout dicit in. d. c. i. de noua fidei. for. in fi. **Q**uero cū. d. glo. si dñs primū inuestiuit abusuē. z postea inuestiat sedm. pzie tradendo possessionē. an liberet a prio soluendo sibi interesse. **R**es pōndet glo. arguendo q sic quēadmoduz dicimus in eo qui vendidit rē duobus diuerso tpe vbi si scds prius nan ciscit possessionē. preferri dz primo emptori. **V**erūtamē prius emptor agit ad interesse s vendentē cū res vendi ta nō tradat vt. l. i. ff. de ac. emp. Et hoc vult ista gl. vsqz ad finē. Sz aduerte qz meli⁹ allegaret. l. quotiēs. C. d rei vēdi. vbi est casus de vēden. Et concludo fm veritatē q dñs inuestiēdo plures diuerso tpe ille dz preferri qui pri us possessionē est adeptus lz in titulo sit posterior. hanc conclusionē vt sequi ista glo. per. d. l. quotiēs. Et intelli ge hāc conclusionē verā qñ constat cui prius sit tradita possessio qñ si vterqz probaret de traditiōe. nec cōstaret de tpe v3 cui prius fuisset tradita: tunc presumit res tradi ta habenti titulū priorē tanqz iustiori vt no. Jac. ar dīzo. z Ly. in. d. l. quotiēs z sequunt Bald. z Ang. in. l. sine. s. si duobus. ff. de publica. z hoc limitat h Bal. in venditiōe qñ vterqz probaret de precij numeratione. sed si vnus p baret z alter nō: tñc presumit prius tradita possessio illi q numerauit. ar. insti. de rcy. diui. s. vendite. Et ita dicit se consuluisse. Et circa pdicta vide ipsuz sup rubrica. C. de his que in frau. credi. z qd no. in. c. q prior de regu. iur. li. vi. z An. de iser. in. c. i. s. hic pōt cēn. qui suc. tene. nisi vē ditio esset facta habita fide de precio. **N**ā tñc nō attendi tur precij numeratio. d. s. vēdite. ita. d. Marti. Et sic ha betis ex ista glo. qz in feudans rē duobus per diuersa instru menta trāsfert vtile dñum in illi cui primo tradit actua lē possessionē ad qd faciūt nō. i. l. siue aut. s. si duobus pre allegata. hoc pōt diciverū preter qz si ecclesia esset que da ret feudū tñc tenei primo tradere posses. z si prius daret secūdo nō trāsfert ius vtilis dñij. Ita Jo. an. in. c. cōtine bat de his que sunt a plato. lz cōiter scribētes ibi euz re probent: quia nec ille ter. hoc pbat nec rationes sine concludūt. **N**ā esto q strictius obliget clericus z ecclesia q laici. nō tñ sequit ergo si vendat postea z tradat alteri nō transferunt dñum nā obligatio personalis etiā strictissi ma non impedit dñij translationē in aliū per ea que habē tur in. l. si ita quis. s. ea lege. ff. de ver. ob. Bar. in. l. ea le ge. C. de condi. ob can. z habet in. l. si creditor. s. ff. de distracti. pigno. Et hec opinio mihi placet. Et pro hac opinio. contra Joan. and. facit quod voluit Imo. in. c. cū contingat in penul. charta d iurēiurā. vbi dicit q. d. l. quo tiens procedit etiam si prima venditiō esset firmata iu ramento secūda non. ecce ergo q lz prima obligatio sit strictior quā s a tamē in trāslatiōe dominij attēdimus tra ditionē que est causa prima translationis dñij. Ita dicit si prima pmissio fuisset de vendendo etiā cū iuramento fo loco idem alteri vendidit s h qui emit preseref primo in rei traditionem. quia habet causaz magis perfectā z pri mā ad rei traditiōez sibi fieri petendā q ille q h3 pmissio nē de vēdendo. s. precij iūcta glo. insti. de emp. z vendi.

